IN DINARCHUM

CURAE GRAMMATICAE RHETORICAE CRITICAE.

DISSERTATIO

INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN


ALMA UNIVERSITATE LIPSIENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

CONSCRIPSIT

PAULUS JOANNES VOGEL
PLAVIENSIS.



LIPSIAE,
TYPIS STURMII ET KOPPEI (A. DENNHARDII)
MDCCCLXXVII.

Abhinc duobus fere annis cum primum ad Dinarchi Corinthii orationes aggrederer, parvam tantummodo spem in eis collocavi: mediocrem enim scriptorem esse qui ultimum in decem oratorum Atticorum ordine tenet locum jam antea cognoveram. Quo saepius autem libellum lectitavi atque quo accuratius ad singula cuncta et quae ad sermonem Dinarchi pertinent, et argumenta orationum animum intendi, eo magis hoc agnovi, nimiam tamen me tunc habuisse spem: namque non mediocrem modo, sed vel infimae notae scriptorem esse Dinarchum evidentius in dies apparuit. Atque argumenta orationum si inepta esse contenderim atque segnia atque tenuissima, hoc haud scio an mihi quispiam objecturus sit: deuterologias esse tres orationes multasque igitur res jam ab aliis oratoribus praesumptas fuisse. At etiam inter Demosthenis aliorum orationes cum inveniantur deutero logiae, tamen nullam cujusquam ego legi tam exilis argumenti, quam Dinarchi orationes. Sed fieri potuisse faciamus, ut revera paucae modo res exstarent, de quibus verba facere posset. Hoc tamen sine dubio ab oratore postulandum est, ut non confuse et permixte, sed in certum quendam ordinem redactas sententias cum audientibus communicet; constantem autem rerum seriem Dinarchum secutum esse vix erit qui demonstret, nedum dispositionem quae dicitur orationum invenisse sibi possit videri. Sed paucas illas res — respicimus autem maxime primam orationem, quoniam secunda atque tertia brevissimae sunt atque fortasse non plene traditae, ita ut perfecte de iis existimare non liceat — paucas igitur illas res, quas tractandas habet, saepissime repetit atque ite-

rum iterumque promiscue singulas proferens I) tenorem orationis plane subruit neque id curat, ut singulae interiore quodam vinculo inter se conexae et aptae sint, atque una quasi manet ex altera: verum utut libet quidquid in mentem venit profert. (cfs. etiam ea, quae infra exponentur sub 27. c. δ. atque 31. a.) Quod autem attinet ad ipsum sermonem Dinarchi II) — ut verborum usum atque res grammaticas primum spectemus — sat multa apud Dinarchum mihiconspicua erant, quae ceterorum oratorum Atticorum exemplis illustrari non possent, inveniebantur haud pauca, quae etiam ab omnibus Attici sermonis scriptoribus aliena essent neque invenirentur nisi apud Polybium, Plutarchum, similes. III) Compositionem vero, periodorum structuram atque inter se conjunctionem, si respicimus, paene indignum scriptore Attico sese Dinarchus praestitit.

Quo autem haec mihi in dies clarius elucebant, eo magis mihi persuadebam, in Dinarcho recensendo criticos persaepe modum excessisse. Etenim sic plerumque artem criticam adhibent, quasi Demosthenem habeant, non Dinarchum, eademque aestimatione Dinarchum mensi

---

I) Nonnulla collegit Finkius p. 46 (cfs. annotationem quam exhibui 24.)

II) cfs. Dion. Hal. de Din. jud. cap. 7. p. 643, qui de discrimine inter Lysiae (etiam Lysias pecunia orationes scripsit) et Dinarchi orationes faciendo disputans haec dicit: ἐὰν μὲν ἀρετήν τε καὶ χάριν τοῖς λόγοις ἐπανθοῦσαν ἴδοι (scil. ὁ βουλόμενος ποιεῖσθαι τὴν διάγνωσιν) καὶ τὴν τῶν ὀνομάτων ἐκλογὴν ἐνοῦσαν καὶ τὸ μηδὲν ἄψυχον εἶναι τῶν λεγομένων, θαρρῶν λεγέτω τούτους Λυσίου. Ἐὰν δὲ μήτε τὸ χαρίεν ὅμοιον εὑρίσκῃ μήτε τὸ πιθανὸν καὶ τὸ τῶν ὀνομάτων ἀκριβὲς, μήτε τὸ τῆς ἀληθείας ἁπτόμενον, ἐν τοῖς Δεινάρχου λόγοις αὐτοὺς ἐάτω.

III) Atque ne sibi quidem Din. semper constare sed modo hoc modo illud praetulisse, et multis exemplis infra illustrabitur et jam Dion. Hal. aperte dicit (cap. 5. p. 639) οὐδὲν γὰρ οὔτε κοινὸν οὔτε ἴδιον ἔσχε; (cap. 6. p. 642) ὁ Δείν. οὔτε ὅμοιος ἐν ἅπασίν ἐστιν, οὔτ᾽ ἰδίου τινὸς εὑρετής.

atque Demosthenem, Isocratem, Lysiam, alios, quae hisce oratoribus non licuisse constat, ea ne Dinarcho quidem licere censent. Atque valde lubricum esse concedo singulis omnibus locis distinguere, quid tolerabile sit, quid inauditum: propius autem ad verum opinor accedemus, si in Dinarcho, qui jam a priscis grammaticis tanto Demostheni posthabebatur, ut *κρίθινος Δημοσθένης* vel *ἄγροικος* appellaretur, — si vel maxime in Dinarcho hoc nobis proposuerimus, ut codicum auctoritatem dummodo liceat defendamus, quam si ad conjecturas facile propensos nos praestiterimus. Codicum enim vindicibus nobis hoc fortasse raris locis accidere potest, ut scriptori vili inepti nimium condonemus, si autem emendationibus indulgebimus, periculum erit — ut Schmidti editoris verbis utar — ne conjecturis nostris Dinarchum magis quam librarios corrigamus.

Hanc igitur artis criticae rationem cum ineundam esse intellexissem, pro meis viribus eam persequi animum induxi. Atque cum omnis artis criticae, tum vel maxime pejoris scriptoris operum recensendorum quoniam id potissimum ducendum est fundamentum, ut sermo scriptoris quam accuratissime et diligentissime cognoscatur, imprimis de sermone Dinarchi uberius atque fusius mihi exponendum esse putavi. Neque tamen singula omnia enumeranda esse videbantur, sed ut ea potissimum deligerem operam navavi, quae aut Dinarchi propria essent, aut ad artem criticam adhibendam vel ad totam oratoris indolem pensandam aliquid collatura esse viderentur.

A lecturis autem jam nunc hoc petiverim, ut venia sit vocabulorum minus proborum velut: „metaphorice, periodus, tautologia, anacoluthia" etc. quibus ego in rebus grammaticis tractandis uti malui, quam plurium verborum ambagibus, quippe quibus minus perspicue ipsa res significetur.

Ad artem criticam quod attinet, optimum codicem

N esse etiam mihi — maxime egregia Franki argumentatione — persuasissimum esse profiteor; propinquum autem auctoritate huic libro esse cod. A. inter omnes constat: reliquorum quattuor inferioris notae librorum B paullo videtur superare LZM. — Ea autem, quae a viris criticis jam videntur recte aut correcta esse aut explicata, atque ea, quae perperam a prioribus editoribus judicata et aestimata jam emendavit novissimus editor Fr. Blassius, ea ne uno quidem verbo attingam. Sed de iis locis agendum erit, ubi cum Blassio discrepo; atque plurimi quidem infra proferentur annotationibus, paucorum autem eorum, quos illuc inserere non potui, indicem quam brevissimum hic proponere liceat:

I. 5. τῇ πατρίδι αὐτῆς: sane αὐτῆς frigidum est; sed si omnia, quae „frigida“ „supervacanea“ „inepta“ Din. scripsit, emendanda esse censemus, finis conjecturarum sane nullus erit: neque Blassi αἱ τῇ minus frigidum est. — I. 7. ψευδεῖς τὰς ἀποφάσεις quidni cum cod. N. Bl. scripsit? cfs. III. 7. — I. 17. διαμείνας ἐπὶ τῆς πολιτείας servandum esse infra demonstratur sub 5. d. — I. 17. καὶ κρίνεσθαι servo cf. Mr; — I. 31. Melius cum N. ἀδοξίαις, ita ut duo pluralia κινδύνοις, κακοῖς sequatur tertium; — I. 36. quoniam hic codd. sex μηδέποτε, I. 101. II. 15. optimus οὐδέποτε de rebus praeteritis dicta offerunt atque quoniam ne alii quidem scriptores semper accurate distinguunt μηδέποτε et μηδεπώποτε (Lob. Phryn. p. 458), emendationem Blassi μηδεπώποτε dissuaserim; — I. 45. Δημοσθένην . . . ζητήσασαν: liberius, cum proprie dicendum esset τοὺς δωροδοκήσαντας ζητ., ipsa nomina eorum, qui corrupti erant, verbo ζητ. tribuit, quamquam haec nomina ipso demum ζητεῖν patefacta fuerant. Excusatur autem haec licentia ea re, quod jam, cum oratio habetur, Demosthenem et Demadem et Cephisophontem repertos esse δωροδοκήσαντας inter omnes constat; — I. 50. pro ποιήσειε non scribendum esse

ποιήσαιτο cfs. Wurmi comment. p. 96; — I. 66. πρῶτον servandum: nam omnia Dinarchi mendacia tolli nequeunt; — I. 80. cum N. scribamus ἀκούετε ἄνδρες δικασταί cfs. I. 48; — I. 80. τῆς διοικήσεως defendit Maetzner; — I. 83. προσέχετε ἄνδρες ex N recipio, itemque I. 87. ἐὰν σωφρονῆτε, Ἀθηναῖοι cfs. Xen. Anab. III. 4. 46; — I. 89 οἴεσθε .. ἀναθεῖναι defendunt Maetzner a. h. l. et Frohb. ad Lys. XII. 26; — I. 92. εἰ δ' ἔτι multo magis placet, quam εἰ δέ τι, quoniam in enuntiato opposito quoque legitur εἰ μὲν ἔτι; — I. 96. num τοιούτων καιρῶν intolerabile est? — I. 98. δέξασθε καὶ φυλάξασθε emendatione non indigent; transitus facile fit ad adhortationem (jam in ἐὰν σωφρονῆτε adhortatio latet); — I. 102. λέγοντες ὡς κ. τ. λ. recte exhibet Maetzner; Bl. perperam arbitratur NAB scribere ὑμετέρας εὐνοίας: scribunt ἡμετέρας! — I. 103. ἐπιμελησομένους bene dictum cum ironia; namque τῆς σῆς πονηρίας per metonymiam est pro σοῦ πονηροῦ ὄντος (cfs. annot. 22): quare ὡς ἐπιμ. τῆς σ. πον. vernacule vertendum erit: „als ob die Richter für dich schlechten Menschen Sorge tragen (dich protegiren, freisprechen) würden"; — I. 113. κελεύετε ἀπολογεῖσθαι: αὐτόν Blassi non posse subjectum esse, elucet e sequentibus μηδὲ τὴν αὐτοῦ τούτου μανίαν. Commodissime intellegitur αὐτούς atque princeps locus tribuendus est verbo κατηγορημένων: de ipso crimine imperate ut defensio fiat; — II. 8 καλά servandum cf. Andoc. II. 7; — III. 13. καιρὸν πολλῶν χρημάτων non displicet; — III. 21. ταῦτα servandum, videlicet ea scelera, de quibus jam sat multa multi κατήγοροι verba fecerant. — —

Editiones eas atque commentationes, quas enumeravit Blassius editor (praef. p. VIII.) omnes adhibui praeter Aldinam et Wolfi editiones. Praeter eas inspexi dissertationes Scheibi (Zeitschr. f. Alterthumsw. 1845. No. 27.) Baki (Mnemosyn. VIII.) quibus nonnulla me debere pro-

fiteor. Weidneri quoque parerga Dinarchea (gymn. Giessen. progr. 1875) perlegisse non paenitet; quamquam interpolationibus indagandis nimis indulsit atque nimis violentis argumentis in ea re usus est. Qui quamquam recte intellexit interpolationes — si quidem sententia arguuntur — eo commendari, si verba in aliis codicibus aliter collocata essent, nimis longe postea processit, cum e verbis diverse in diversis libris manuscriptis collocatis hoc ipsum concludit, interpolationem statuendam esse. Neque silentio praetermittam L. Schmidtium (Mus. Rhen. XV. 1860. p. 232 sqq.) quem apte nonnulla de compositione Dinarchi annotasse infra videbitur (cfs. ea, quae infra dicentur sub 26—28.)

Notae compendiorum. Editiones atque commentationes eisdem notis significavi, quibus Blassius editor usus est: Mr. Wm. etc. — Krueg. gr. et Kuehn. gr. significant grammaticas Kruegeri et Kuehneri ampliores. — Uno asterisco * ea vel verba vel locos notavi, quorum scriptura non inter omnes constat, duos ** eis verbis apposui quae conjecturae debentur. — Fragmentnm Dinarchi cum citandum est, notae frg. numeri apponentur editionis Turicensis (partis posterioris pagg. 325 sqq.)

De sermone Dinarchi.

I. Index et eorum vocabulorum quae propria Dinarchi sunt et eorum quae apud ceteros Atticos scriptores aut plane non leguntur, aut raro.

Praemittendum est, iis vocabulis quae propria Dinarchi sunt, nil me ascripturum esse nisi quibus locis

Dinarcheis legantur; quae autem ab aliis quoque usurpantur, sed aut a paucis illis quidem, aut inferioris aetatis scriptoribus, eis satis habui auctorum illorum nomina adjunxisse (cfs. annot. 24).

ἀκυρόω Din. I. 63. Diod. Plut. posteriorisque temporis scriptores; — *ἁλινδέομαι* Din. frg. X. 2. Alciphr. Nicand. Plut.; — *ἀποσάττω* = „φράττω τὸ τρῆμα" Din. frg. LXXXIX. 10; — *ἀπόταφος* = ἄταφος, ἡ ἀπεστερημένος τῶν προγονικῶν τάφων" Din. frg. XVI. 5; — *ἀργυρίζομαι* Din. I. 40. Cass. Dio LXXIX. 13. Poll. IV. 43. VII. 104; — *ἀσμενέω* = „ἀσμενίζω" Din. I. 34; — *αὐτοδικέω* Din. frg. LX. 4; — *αὐτωνητής* Din. frg. LXXXIX. 11; — *βυρσοποιὸς* Din. frg. LXXXIX. 19; — *διάμετρον* = „τὸ ἐλλεῖπον ἀπὸ τοῦ δικαίως μετρηθέντος Din. frg. XVIII. 2; — *ἐγκαταγηράσκω* Din. II. 3; Plut. Phoc. 30; — *εἰθισμένος* = „usitatus" legitur etiam Xen. rep. Lac. VI. 4; Hier. IX. 7; Polyb. IV. 34. 1: sed illic neutrius generis est, substantivo non apposito; Din. II. 3. autem habet εἰθισμέναι τιμωρίαι; — *ἐμπηδάω* Din frg. VI. 1; Polyb. Luc.; — *ἡμίδραχμον* Din. frg. VIII. 4; — *ἡμιπόδιον* Din. frg. LXXXIX. 17; — *κακοδαιμονῶ* = „ἀτυχῶ" Din. I. 91; Atticorum unus habet Xen. Hier. II. 4; posteriorum Plut. mor. p. 76. A. 1042. B.; — *καλιστρέω*, ionicum pro καλέω, Din. frg. LXXXb.; — *καταδέω* „ἀντὶ τοῦ πεφαρμακεῦσθαι καὶ δεδέσθαι φαρμάκῳ" Din. frg. VI. 7. Cass. Dio. L. 5; — *καταλεύσιμος* „ἄξιος τοῦ καταλευσθῆναι" frg. VIII. 3; — *κεραμοπώλης* Din. frg. LXXXIX. 18; — *κιβωτοποιός* Din. frg. LXXXIX. 19; Plut.; — *κιθαρίστρια* Din. I. 23; — *κλιμάζω*, *κλιμακίζω* τοὺς νόμους = „detorquere, eludere leges" Din. frg. IX. 1; — *κοβαλεία* frg. VI. 8; — *κωθωνοποιός* frg. LXXXIX. 19; — *κόμμα* = „palea" frg. XVIII. 4; — *κρηπιδουργός* frg. LXXXIX. 20; — *κύκλοι* = „τόποι, ἐν οἷς ἐπωλοῦντο

τινὲς frg. XI. 1; Menand; Schol. Ar. Equu. 137; — λουτροφορέω frg. XVIII. 5; LXXXII; — ματρυλεῖον frg. XLII. 5. Men. Plut.; — μυριαγωγῶ frg. LXXIX. ὁμόσπονδος = „libationis coenaeque igitur particeps“: Din. I. 24. Hdt. IX. 16; saepe invenitur notione „foederis particeps,“ quam quominus cum Passovio huc referamus impedit et πολλάκις ascriptum, et vox ὁμοτράπεζος adjuncta: namque etiam Hdt. IX. 16. ὁμοτράπ. et ὁμοσπ. junguntur, neque tamen illic de foedere cogitari licet; — ὁμότιτθος = „ὁμογάλαξ“ frg. LXXXIX. 24; — παλιμπροδότης frg. LXXXIX 26. Diod. XV. 91; — πάντοθεν* Din. I. 40*; orationis solutae est πανταχόθεν, sed πάντοθεν est etiam apud Hdt. VII. 225. Diod. XVIII. 28; — παραφρυκτωρῶ Din. frg. IX. 3; — παύειν τινά nec genitivo addito, nec participio non legitur nisi apud poetas atque Din. I. 88. Dio. Cass.; — προπάτωρ = „vendentium proxena“ frg. LXXXIX. 30; — σκιράφιον frg. XLII. 7. (Isocr. habet σκιραφεῖον); — σπείρειν τι = „obserere aliquid“ rarum est prosae scriptoribus: Din. I. 24; Xen. Cyrop. VIII. 3. 38. Ages. I 20; — συγκατάρχεσθαι frg. LXXXIX. 34; — συμπρύτανις Din. frg. LXXXIX. 33; Corp. inscr. graec. n. 5771, 3. n. 132, 4; — συνδουλεύειν Din. frg. LXXXIX. 32; Cass. Dio; — συνιεροποιός Din. frg. LXXXIX. 33; — ὑποκυδής frg. XVII. 6; Euphor. frg. 101. (Mein.) Ctes; — ὑποφόνια frg. X. 4. Theophr. Cass. Dio. Schol. Hom. Σ. 497: ποινῆς τῆς καλουμένης παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ὑποφονίων; — φιλοπόνηρος frg. LXXXIX. 37. Theophr. Plut. Alc. 24. —

II. de rebus grammaticis.

A. de formis verborum

pauca in Dinarcho inveni, quae nota digna essent.

πρεσβευταί plurali bis usus est Din. I. 20. 82, quamquam bonorum scriptorum πρέσβεις modo est.

τέτραφα, ἀνατέτραφα perfecta ab uno Dinarcho usurpantur I. 108. I. 30. III. 4: legitur enim apud Dem. quoque *τέτραφα*, apud Aesch. *ἀνατέτραφα*, ita autem, ut codd. nonnulli praebeant formas *τέτροφα, ἀνατέτροφα* quas jam Reiskius restituit.

ἱππάρχηκα (III. 12) atque

ἀποπέφαγκα (I. 15. 54. 59. 84. 103. 104. II. 17. 19. III. 18) perfecta Dinarchi propria sunt.

B. de syntaxi (I. de nomine.)

1) adjectivorum neutra substantivorum loco adhibentur.

Atque si qui dem plurali numero neutra talia dicuntur, non habeo quod annotem: licere enim ea non solum instructa articulo, verum etiam carentia usurpari constat, atque asciscere modo eum casum, qui ipsi adjectivo convenit (I. 1. *τὰ ἀκόλουθά τινι*; I. 3. 29. II. 17. *τὰ συμφέροντά τινι*), modo genitivum instar substantivorum (I. 2. *τὰ τῆς πόλεως δίκαια*; I. 37. 99. 107. II. 7. 26. *τὰ συμφέροντά τινος*; III. 22. *τὰ ἀγαθά τινος*; II. 17. *τὰ βέλτιστά τινος*; I. 36. *τὰ κακά τινος*).

Singulari autem numero ut pro substantivo neutrum adjectivi dici possit, plerumque solet aut articulus addi (I. 5. 6. *τὸ δίκαιον* etc.) aut adjici *τὶ, οὐδέν, μηδέν* (I. 40. *ἀγαθόν τι ποιεῖν*; I. 66. *ἀληθὲς μηδὲν ζητεῖν*). Sed interdum apud Dinarchum merum quoque neutrum adhibetur; quorum locorum nonnullos nonnulli editores in suspicionem corruptelae vocaverunt: I. 48. *ποιῶ πάντων ἀτοπώτατον*; II. 15.* *ἀγαθὸν ποιεῖν τινα*; III. 6. *οὐ γάρ ἐστι χαλεπώτερον κ. τ. λ*; III. 10.* *'μήτ' αἰσχύνης μήτε δικαίου πλείω λόγον . . ποιεῖται.* [1])

---

[1]) *τοῦ δικαίου* solus Bl., qui idem I. 48. II. 15. III. 6. de conjectura non cogitavit. Concedendum autem est, hoc *δικαίου* paullo difficilius articulo carere, quoniam quamvis objectum revera sit

2) de accusativo.

a) accusativi relationis satis erit duo exempla attulisse: I. 82. *οὐκ ἂν ἔφασκεν ἐκ τῆς πόλεως ἐξελθεῖν οὐδὲ τὸν ἕτερον πόδα*: namque *τὸν ἕτερον πόδα* non esse subjectum infinitivi — id quod voluit R. — sed accusativum relationis probe jam intellexit Wolfius, illustravit exemplo e Luciano deprompto Wm. pag. 138: *οὐδὲ τὸν ἕτερον πόδα ἐκ Κορίνθου προβεβηκώς*. — I. 31. *τοσοῦτον ἐδέησεν ὁ δημαγωγὸς . . . προφέρειν κ. τ. λ*: longe saepissime scribunt impersonaliter *τοσούτου δεῖ* secuto accusativo cum infinitivo, sed saepe invenitur etiam *τοσούτου δέω* (Lys. I. 45. XII. 17. XXIV. 1. cfs. Krueg. gr. 47. 16. 2.) neque exemplis caret *τοσοῦτον δεῖ*: hoc autem *τοσοῦτον δέω* apud Plut. modo saepius legitur. (Plat. Menex. 71. A. ubi vid. Stallb.)

b) de accusativo e verbis apto memorandia digna haec esse censui: *ἀναμιμνήσκεσθαί τι* obviam fit I. 37; multo rarius illud quidem, quam *ἀναμ. τινος*, quod est III. 14. 19; — *πολεμεῖν τὴν* πόλιν* est I 36*[2]); I 55.* *ἀδικεῖν τὰ πάτρια*: vulgo dicitur *ἀδικεῖν τινα* [3]); — I. 10. exstat *ἐξελέγχεταί τι* (*ἐξελεγχθείσης τῆς προδο-*

---

tamen non in accusativo pronuntiatur. Sed videntur Graeci in nonnullis hujusmodi neutris plane obliti esse, adjectiva ea proprie fuisse, sed pro veris substantivis usurpasse, quorum usitatissima sunt illa *τὸ ἱππικόν, ὁπλιτικόν* etc. quae quam frequenter articulos non habeant, vix est cur illustremus exemplis: Xen. Anab. VII. 3. 37. VII. 6. 29; de Thucydide cfs. Krueg. gr. 43. 4. 17. Quidni igitur etiam *δίκαιον* adhiberi potuerit pro ipso *δικαιοσύνη*; cui hic ob eam caussam subtraxit Din. articulum, quoniam ne ad *ὅρκου* quidem et *αἰσχύνης* apposuerat?

[2]) *πολεμήσαντες τὴν πόλιν* quamvis multo rarius sit, tamen Dinarcho condonandum esse arbitror: exstitit vulgatae vindex jam Wm. — Cfs. Polyb. XVIII. 30. 1; Diod. IV. 61. V. 46. XIII. 43. 84. XIV 37. XV. 19. XVI. 41.

[3]) *ἀδικεῖν τὰ πάτρια* cfs. Plut. quom. adul. 24. p. 65. A. *ἀδικεῖν φιλίαν*; Thuc. VI. 12. 2. *ἀδικ. τὰ δημόσια*.

σίας); solenne est ἐξελέγχομαι cum participio: sed etiam Antiph. V. 47. exstat τοὺς λόγους ἐξελέγχουσι, quamvis non plane eandem hujus loci rationem esse concedendum sit.

3) de genitivo.

a) genitivus partitivus copiosius simplicis casus loco ponitur: I. 6. ἑκάστου τῶν πολιτῶν pro ἑκάστου πολίτου; I. 34. ἑκάστῃ τῶν πόλεων; I. 55. τὰ μεγάλα τῶν ἀδικημάτων; III. 13. οἱ τοιοῦτοι τῶν ἀνθρώπων. Talia apud alios quoque scriptores inveniuntur. —

Intellegendum est id nomen, de quo genitivus partitivus pendeat: I. 105.* καταχαρίσασθαι (scil.* τὶ) τῶν δικαίων τινί.[3a])

b) e substantivis minus apte genitivus pendet: I. 46. τὴν Δημοσθένους κρίσιν: simile enim nusquam quidquam invenitur, nisi apud Polyb. XVII. 14. 10. ubi tamen rei genitivus subjungitur κρίσις χρημάτων: bonae vero notae scriptores amant κρίσις περί τινος; — I. 65* κακόνους τινός pro solenni κακ. τινί.[4])

[3a]) Bl. cum R. Bk. Wm. Mr. accusativum illum conjectura fingendum esse censet, vulgatam conservant Turr.: neque ego οὐδέν vel adjiciendum esse, vel ex οὐδενί efficiendum puto. Praecipit enim Krueg. gr. 47. 15. 3. „überhaupt findet sich bei Verben die, wenn das ganze Object zu denken ist, den Accusativ erfordern, der Genitiv (mit dem Artikel) insofern ein unbestimmter Theil eines Ganzen zu denken ist.“ Atque prodeat primus Homerus, apud quem saepissime διδόναι, λαμβάνειν, ἐσθίειν, πίνειν similia asciscunt genitivum, velut τῶν ἔφαγόν τ' ἔπιόν τε καὶ αἰδοίοισιν ἔδωκα, — οὔτις ἐπίσχεσις οὐδ' ἐλεητὺς ἀλλοτρίων χαρίσασθαι, — εἴδατα πόλλ' ἐπέθηκε χαριζομένη παρεόντων. Prosae autem quoque Krueg. l. c. exempla affert (ἀφίησι τῶν αἰχμαλώτων, Xen.; τῆς γῆς ἔτεμον, ἡ ἐπίκλυσις παρεῖλε τοῦ φρουρίου Thuc.). Cfs. nostrum „vom Brode geben, nehmen“ simill.

[4]) ἐχθροὶ καὶ κακόνοι τῆς πόλεως servandum est, quamvis solennis sit dativus cum voci ἐχθρός, tum κακόνους. Atque ἐχθρός c. gen. illustrant Krueg. gr. 48. 13. 3. (Plat.), Kuehn. gr. II. p. 163. ann. 24. (Thuc. IV. 47. VI. 89 Xen Anab. III. 2. 5. IV. 7. 19.)

c) genitivus e verbis aptus molestior est his locis: III. 21.* *καταλλάττεσθαί τί τινος*, cum communis Atticorum usus postulet *καταλλάττ. τι πρός τι;* — II. 8. *καταγιγνώσκομαι θανάτου* rarissime invenitur (*καταψηφισθείς*, *κατακεκριμένος θανάτου*: Plat. de rep. p. 558. A. Polyb. IV. 35. 3), solenne autem esse *καταγιγνώσκεταί τινος θάνατος* constat: atque poteris etiam hoc exemplo *θανάτου* subjectum judicare atque sic construere: *θανάτου καταγνωσθέντος Κυδιμάχου* i. e. *ὅτε θάνατος κατεγνώσθη Κυδιμάχου.* Sed minus eleganter tunc sequeretur *φυγόντος* quippe cujus subjectum sine dubio *Κυδιμάχου* esset. Qua re cum Mr. paullo difficiliorem hanc juncturam *καταγιγνώσκομαι θανάτου* Dinarcho malim tribuere, ita ut et participii *καταγνωσθέντος* et *φυγόντος* subjectum sit *Κυδιμάχου.* — Denique hic liceat mentionem facere loci I. 36. *ὀνειδίζειν τί τινος* quamquam hic non e verbo pendet genitivus sed ex *τι*; notandum autem est, multo crebrius inveniri *ὀνειδίζειν τί τινι.*

4) de dativo.

De nominibus, quibus subjunctus est dativus, agendum est his: I. 48. *ἐναντίον τῇ τῆς βουλῆς ἀποφάσει ἀγῶνα ἀπολογούμενος;* apud *ἐναντίος* enim et dativum et genitivum ferri constat atque Dinarchus quoque utroque casu utitur; sed si *ἐναντίον* adverbii loco est, is Atticis videtur mos esse, ut si quidem loci notionem *ἐναντίον* continet, cum dativo conjungant, si autem idem fere valet atque „contra," cum genitivo: quamobrem genitivum hic melius adhibuisset noster. Dixerit fortasse quispiam *ἐναντίον* non esse adverbium, sed adjectivi accusativum pertinentem ad *ἀγῶνα*: at nequaquam *ἀγών* ille *ἐναντίος* erat *τῇ τῆς βουλῆς ἀποφάσει*, sed *ὁ ἀγών* erat *ἐναντίος* ei, qui tunc accusatus erat, ei igitur, qui hanc

---

Porro Xen. apol. Socr. 27. *τοῖς ἐμοῖς εὔνοις* legitur, quo exemplo *κακόνους τινός* defenditur.

orationem habet; *ἐναντίον τῇ τῆς βουλῆς ἀποφάσει* autem non erat nisi rei *ἀπολογία*: quamobrem ad verbum *ἀπολογούμενος* applicandum videtur *ἐναντίον*. — I. 1. 53. *ὁ δημαγωγὸς ὑμῖν*: *ὑμῖν* enim dativus ethicus qui dicitur non est, quippe qui semper aliqua ratione verbo accommodetur: hic autem *ὑμῖν* nullo modo e verbo aptum esse, sed ad *δημαγωγός* modo pertinere cum verba demonstrant utroque loco a dativis procul sejuncta, tum in I. 1. ea re comprobatur, quod ad ipsum *δημαγωγὸς ὑμῖν* non pertinet *ἐξελήλεγκται*, sed denuo infra subjectum dicitur *οὗτος*, neque tamen repetitur *ὑμῖν*. Videtur autem finitimus esse hice dativus ethico, quoniam facile intelleges participium verbi *εἶναι*: *ὁ δημαγωγὸς ὑμῖν ὤν*. Est autem haec dativi ratio quasi pro genitivo usurpati rarior, sed tamen illustratur exemplis: Platonico *τοῦ ξένου ὑμῖν ἂν πυνθανοίμην κ. τ. λ*; Thucydideo *εὕρηνται ἡμῖν πρὸς τὰς τῶν ἐπωτίδων αὐτοῖς παχύτητας χειρῶν σιδηρῶν ἐπιβολαί*, Demosthenico *εἰς στενὸν κομιδῇ τὰ τῆς τροφῆς τοῖς ξένοις αὐτῷ καταστήσεται*, Lysiaco *προσδεῖν γὰρ ἔφη πρὸς τὸν μισθὸν τοῖς πελτασταῖς* (cfs. Krueg. gr. 48. 12. 1).

5) de articulo.

Dinarchi propria cum haud multa in usurpando articulo inveniantur, qualis potissimum ei in usurpando mos sit, paucis exponere placuit.

a) nominum gentium sine articulo semper sunt *Πέρσαι, Ἀχαιοί, Χῖοι, Ῥόδιοι, Ὀλύνθιοι, Ἠλεῖοι, Ἰνδοί, Μῆδοι*; semper cum articulo dicuntur *οἱ Ἕλληνες* atque *οἱ Μακεδόνες*. *Θηβαῖοι* autem habet articulum terdecies, omittit ter, *Ἀρκάδες* habet ter, omittit bis, *Λακεδαιμόνιοι* semper caret articulo uno loco excepto I. 76. *Ἀθηναῖοι* nusquam asciscit articulum, nisi quod quater legitur *οἱ ἄλλοι Ἀθηναῖοι*, ubi tamen adjectivo *ἄλλοι* articulus debetur. Videtur igitur Dinarchus magis amare nomina

gentium articulis privata, id quod vel maxime ex eo quoque elucet, quod etiamsi *πάντες* accedit ne tunc quidem articulum adjecit (I. 34. III. 1. 4).

b) terrarum nomina atque urbium paene semper sine articulo scribuntur (XXXV locis). Namque cum vix notandum sit hoc, usque quaque *ἡ Ἑλλάς, ἡ Ἀττική* legi, quoniam *γῆ* proprie subaudiendum est, terrarum nominum uni tantum articulus additur I. 44. *ἡ Εὔβοια ὅλη*, ubi tamen adjectivo *ὅλη* potius, quam nomini articulus deberi videtur. Reliquum est, ut portuum Piraei et Munychiae referamus articulo instructos esse illum III 1, hunc III. 1. 10, sine articulo autem exstare *Πειραιεύς* I. 36. 69.

c) hominum nominibus circa CLXX locis articuli desunt: apponuntur tantummodo ad *Ἀρίσταρχος* I 30. et ad *Πολύευκτος* I. 58. 59. qui sine articulo jam antea inducti sunt, miroque modo etiam I. 58. ad *Νικοφάνης*, quamquam is quidem supra non est commemoratus. Nomina autem deorum *Ἡρακλῆς, Ἀθηνᾶ, Ἄρτεμις, Ζεύς* habent articulum, nisi quod *Ζεύς* I. 43. 77. II. 8. sine articulo dicitur.

d) eminente quadam notione articulus est: I. 23. *ἐν τῷ μυλῶνι*; 25. *διὰ τῆς χώρας*; 111. *τὰς δίκας*; I. 95. II. 26. *τῷ γένει, τῇ φύσει*; III. 14. *τὴν ἔμφυτον πονηρίαν*: ubi possessiva vis in articulo inest. Similia sunt III. 14. *τὴν τιμωρίαν δοῦναι*, quod quidem idem valet atque *δίκην ἀξίαν δοῦναι* (I 10.), velut nos dicere solemus „seine Strafe erhalten;“ atque I. 17.* *διαμείνας ἐπὶ τῆς* πολιτείας* i. e. *ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ πολιτείας* i. e. in ea quam semel amplexus erat, ideoque *ἐπὶ τῆς αὐτῆς πολιτείας*.

e) Deest articulus multis substantivis, quibus nos addere consuevimus. I. 4. *ἐπὶ κινδύνῳ καὶ διαβολῇ τῆς πόλεως*; 94. *ἐπὶ καταλύσει τοῦ δήμου*; II. 7. *ἐπὶ προδοσίᾳ*; 24. *ἐπὶ διαφθορᾷ*; I. 65. *κινδυνεύειν ὑπὲρ σωτηρίας, ὑπὲρ δόξης*; 88. *δικάζειν περὶ σωτηρίας*; II. 1 *διαδικά-*

ζεσθαι περὶ ἀληθείας καὶ δικαιοσύνης; I. 16. εἰς ἀργυρίου λόγον ἀνήκειν; III. 10.* μηθ' ὅρκου, μήτ' αἰσχύνης, μήτε* δικαίου πλείω λόγον ποιεῖσθαι. [1]) Melius articulum adjecisset I. 82. τὸ περὶ ζητήσεως τῶν χρημάτων ψήφισμα, praesertim cum χρημάτων cum haberet.

Semper est sine articulo Ἄρειος πάγος; accedit I. 18. κατὰ θάλατταν; I. 43. ἐν ἀγορᾷ; I. 37. 96. εἰς ἀκρόπολιν; I 43. ἐν πρυτανείῳ; I. 69. ἐν ἄστει (iisdem autem nominibus haud raro etiam ascribitur articulus: I. 101. ἐν τῇ ἀγορᾷ; 43. εἰς τὴν ἀγοράν; II. 24. εἰς τὴν ἀκρόπολιν; I. 101. ἐν τῷ πρυτανείῳ; I. 96. ἐν τῷ ἄστει.)

I. 3. 22. 66. 84. 88. 107. III. 19. 22. πάντες ἄνθρωποι; I 88. θεῶν βουλομένων; III. 19. θεῶν ἵλεων ὄντων; II. 3. ἐὰν θεὸς θέλῃ (saepissime inveniuntur θεός, θεοί articulo addito); II. 13.* τὴν προεδρίαν τὴν* πρυτάνεων; [5]) I. 14. III. 17. Κόνωνος υἱεῖ; II. 17. 18. γονέας εὖ ποιεῖν; I. 23. 65. 99. III. 2. παῖδες καὶ γυναῖκες: articulorum autem apud παῖδες καὶ γυναῖκες praetermittendorum non solum Atticis ceteris, sed etiam Dinarcho firmam fuisse consuetudinem, vel maxime ex eo intellegitur, quod I. 99. III. 2. cum praecederent substantiva articulis instructa, tamen apud παῖδες καὶ γυναῖκες articulos omisit.

NB. De articulo nonnulla mihi dicenda erunt etiam infra de attributo (sub 14) et de appositione (sub 15) disserturo.

6) de pronomine demonstrativo.

a) Cum emphasi quadam post enuntiatum relativum infertur demonstrativum: I. 7. οὓς δὲ . . . δύναται . . κατὰ τούτων; I. 24. πρὸς οὓς . . . ἦλθε, τούτους; III. 10. ὅστις . . . . ποιεῖται, οὗτος; III. 18. οἷς . . . ἔφη, πρὸς

---

[5]) Sic praebet N; ceteri codd. τὴν προεδρίαν τῶν πρυτάνεων, quod ferri potest (cfs. 14. e) Sed cum N habeat τὴν πρυτ. atque πρυτάνεις simill. articulo carere posse illustret Krueg. gr. 50. 3. 7, quidni optimum librum potissimum sequamur?

τούτους. — Simile huic est id dicendi genus in Din. satis frequens,

b) quo nomen antecedens, sive participium, sive substantivum, pronomine demonstrativo interjecto repetitur: I. 56. τὸν . . . ἀξιώσαντα, καὶ τοῦτον . . . ἀπέφηνε; 97. τὸν γεγενημένον . . . ἐγκαταλελοιπότα, τοῦτον περιποιῆσαι βούλεσθε; II. 14. τὸν . . . γεγενημένον, τοῦτον . . . . ἐάσετε; 17. τὸν . . . λαμβάνοντα . . . τοῦτον . . . δημηγορεῖν; III. 4. ὁ . . ἐξηπατηκὼς καὶ προδούς . . καὶ ἀνατετραφὼς . . . οὗτος . . . φήσει; pronomine οὕτως participium repetitur: I. 71. παρακαταθέμενον . . . οὕτως ἀξιοῦν; 102. φανεροὺς γεγενημένους . . οὕτως πείθειν; II. 14. εὐξάμενον . . οὕτω . . παραδιδόναι; III. 8. σκεψαμένους . . . καὶ ἐξετάσαντας, οὕτως ἐπιτιθέναι; substantiva iterantur; I. 1. ὁ δημαγωγὸς . . . οὗτος . . ἐξελήλεγκται; 15. τὸν δὲ . . . Σκύθην . . τοῦτον . . ποιήσετε; I. 106. τὰ δίκαια . . ταῦτα . . λύσετε.

c) pronominibus validioribus saepius Dinarchus usus est οὗτος, ἐκεῖνος, ubi aut pronomen omnino omittere potuit, aut levius usurpare αὐτοῦ etc. Atque οὗτος inveniemus omnibus illis locis de reo dici, quae quamquam solennis pronominis οὗτος notio est, tamen illis quidem locis οὗτος nimis validum esse perspicuum erit. Probe enim οὗτος omisisset orator: I. 6. συκοφαντίαι παρὰ Δημοσθένους ἤκουσιν, ἐπειδὴ οὗτος ἀποπέφανται; I. 79.* ὁ διατάττων ἑαυτὸν μὲν . . . μένειν, οὓς δ' ἂν οὗτος* ἀποδοκιμάσῃ[6]); III. 13. οἱ προδοθέντες ἂν ὑπὸ Φιλοκλέους, εἴ τιν' οὗτος παρέλαβε καιρόν; omitti vero potuit ἐκεῖνος: I. 64 μαρτύρομαι τὰς σεμνὰς θεὰς καὶ τὸν τόπον, ὃν ἐκεῖναι κατέχουσι. — Prono-

---

[6]) οὓς δ' ἂν οὗτος ἀποδοκιμάσῃ N; Bl. cum ceteris libris αὐτός Sed optime se habet οὗτος: idem enim apud oratores est, atque „reus.“ Quamobrem etiam I. 86. ἐπέτρεψεν ὁ αὐτὸς οὗτος tenendum est, praesertim cum aperte respondeat illis, quae paullo supra legis ὁ αὐτὸς ῥήτωρ.

men autem minus forte cum satis esset scribere, Dinarchus οὗτος, ἐκεῖνος adhibuit: I. 41. οὐκ ἴστε τοῦτον . . . ὄντα . . καὶ αὐτὸν καὶ τὴν περὶ τοῦτον τύχην; 79. οὓς δ' ἂν οὗτος ἀποδοκιμάσῃ . . . ἀπιέναι, καὶ ἐάν τι ἄλλο τούτῳ δόξῃ κ. τ. λ.; 85. ἑτέρους μὲν ὑπὸ τῶν Δημοσθένους φηφισμάτων, οὐδὲν ὄντας τούτου χείρους . . ἀπολωλέναι; II. 12. οὐκ Ἀριστογείτων ἐστὶν ὁ . . . ψευσάμενος, ὥσθ' ὑμᾶς . . . τιμῆσαι τούτῳ; II. 21. ἐπὶ τοιούτοις εἴληπται πράγμασι νῦν ἀδικῶν, ἐφ' οἷς αἰσχρόν ἐστιν . . . ἐᾶσαι τοῦτον; III. 11. ὑπὲρ τοῦ μὴ παθεῖν τι μεῖζον ὑπὸ τούτου δεινόν, ἐγνωκότες τοῦτον οἷός ἐστιν. Omnium vero maxime mirum est II. 9* τοιαῦτα τολμήσαντα ποιεῖν αὐτούς*, ὥστ' ἐκείνους ἀποψηφίσασθαι, quo loco primum infertur levius pronomen, postea validius. [7])

7) de pronomine relativo.

a) Intellegendum est cum praepositione demonstrativum: I. 31. ἐν οἷς . . . προείλετο . . . (ἐν τούτοις) τοσοῦτον ἐδέησε κ. τ. λ. 103. κεχρηματικὼς (scil. περὶ τούτων) περὶ ὧν ἐβουλήθης. (NB. Si quidem non omittitur demonstrativum cum praepositione conjunctum, relativo licet praepositionem subtrahere, velut I. 103. εἰληφέναι παρ' αὐτῶν (scil. παρ') ὧνπερ . . ἀποπέφαγκε).

---

[7]) αὐτούς i. e. „captivos,“ quasi antecederet non δεσμωτήριον sed δεσμῶται; (exempla hujus liberioris rationis dicendi invenies sub 19: [I. 10] et Krueg. gr. 58.) αὐτοῦ scripserunt Wm. Turr. Bl. eam sine dubio ob caussam, quod post pronomen αὐτούς insequitur multo validius ἐκείνους. At primum quidem non uno tantum loco fortiora quam satis erat pronomina Din. vidimus adhibentem; atque validiorum pronomimum leviora secutorum exempla duo Mr. praebet: Thuc. I. 132. ἀνὴρ Ἀργίλιος παιδικά ποτε ὢν αὐτοῦ καὶ πιστότατος ἐκείνῳ; Xen. Mem. IV. 1. 1. τοὺς εἰδότας τε αὐτῷ συνεῖναι καὶ ἀποδεχομένους ἐκεῖνον; simillimum autem nostro loco inveni Plat. Phaed. p. 111. B. τὰς δὲ ὥρας αὐτοῖς κρᾶσιν ἔχειν τοιαύτην ὥστε ἐκείνους ἀνόσους εἶναι (cfs. Lys. XIII. 28. cum ann. Frohb.)

b) Substantivum illud, ad quod relativum referendum est, in ipsum enunciatum relativum deducitur, atque relativi casum assumit: I. 16. τί μέρος ἐστὶ . . . ἃς . . ἐπρέσβευσε . . πρεσβείας (i. e. πρεσβεῖαι, ἃς ἐπρέσβευσε). 16. ἀντιθεὶς ἐφ' αἷς σεμνύνεται πράξεσι (i. e. ταῖς πράξεσιν, ἐφ' αἷς σεμν). 20. ἐλεησάντων ἐν οἷς ἦσαν κακοῖς (i. e. τῶν κακῶν, ἐν οἷς ἦσαν). Accedit assimilatio III. 9. διπλάσιον οὗ νῦν εἴληφε χρυσίου (pro διπλάσιον τοῦ χρυσίου, ὃ νῦν εἴληφε). Denique in medium vocandum est usitatissimum illud: I. 50. οὐκ ἔστιν ὅντινα τρόπον ποιήσειεν (pro οὐκ ἔστι τρόπος, ὅντινα ποιήσειεν).

(II. de verbo). 8) de generibus verbi

nil dicendum erit, quoniam illud ποιεῖν τινα πολίτην (I. 43) corruptum esse persuasum habeo. --

9) de temporibus.

a) praesenti tempore usus est Din. cum forsitan melius futurum posuisset: I. 22. ὅπως χρῆσθε; 97.* τοῦτον περιποιῆσαι βούλεσθε* [8]). Verbo autem ὀμνύναι subjunxit praesentis infinitivum I. 84. τῶν ὀμωμοκότων πείθεσθαι, quamvis vulgari consuetudini futuri potius convenire constet; illustrat autem infinitivum praesentis ex ὀμνύναι aptum compluribus exemplis Mr.

b) e contrario autem II. 4. exstat βούλεσθε ἐγγενήσεσθαι, ubi ἐγγίγνεσθαι exspectamus. Atque apud βούλεσθαι quamvis rariorem, tamen inauditum non esse infinitivum futuri testantur Krueg. gr. 53. 7. 11. atque Matth. 506. VI. (quamquam negat Forsmann). Qui autem III. 1. legitur infinitivus futuri pendens e verbo κωλύειν quin per se intolerabilis non sit habendus, inspectis

---

[8]) βούλεσθε non dubitanter tueor. Etenim cum alias praesens inferri pro futuro, tum vel maxime in interrogationibus auctor est Krueg. gr. 53. 1. 8—9. exemplisque illustrat. Accedit, quod jam ipsum verbum βούλεσθαι futuri temporis notionem habet.

eis quae docet Kuehn. gr. II. p. 163. ann. 8. non dubitabis, sed futuri forma πλεύσειν non usurpatur pro πλεύσεσθαι, πλευσεῖσθαι nisi a Philem. et Polyb. II. 12. 3: quales auctores licet saepius concedendum sit Dinarcho indignos non esse, tamen hic quidem cum altera illa accedat difficultas infinitivi futuri minus apte adhibiti, conjecturae Bk. satis facili καταπλεῦσαι album calculum adjecerim.

c) pro imperfecto I. 39* ἠλευθεροῦντο * melius se haberet aoristus [9]).

d) Denique videndum est de I. 65: ὃν ... βούλονται ἀπολωλέναι et I. 13. ἀξιοῖ δωρεὰς αὑτῷ δεδόσθαι: audacius enim neque tamen inepte de rebus futuris dicitur infinitivo perfecti; cogitari autem opus est de hominibus tanto opere aliquid optantibus, ut sibi jam expletum animo fingant (cfs. Kuehn. gr. II. pag. 129. 4). Itaque βούλονται ἀπολωλέναι fere congruit cum nostro „sie möchten am liebsten, dass er schon todt wäre“ et ἀξιοῖ δεδόσθαι comparare licet cum vernaculo „ich wünsche zu haben“ pro „ich wünsche zu erhalten.“

10) de modis

quae memoranda sunt, tractaturus sum 24) sub ἄν et ἵνα.

11) de infinitivo.

Infinitivus e verbis aptus offensionem affert his locis: I. 31* ὁ χρόνος οὐκ ἐπιδέχεται μακρολογεῖν,

[9]) Bl. ἠλευθέρωντο. At mihi videtur omnino non plusquam-perf. hic exspectari: hoc enim tempus optime quidem quadrat in clausulam illam διεπέπρακτο etc. qua illud ἐκβάλλειν et illud ἐλευθεροῦν quasi simul comprehenduntur atque respiciuntur; verum pro ἠλευθεροῦντο potius exspectamus aoristum ἠλευθέρωσαν: sed aptissimo exemplo Plut. Ages. 24. ὡς γὰρ ἐσέβαλον καὶ τὴν πόλιν ἠλευθέρουν Mr. illustravit in hac aoristi imperfectique temporum consociatione haerendum non esse.

ubi praestaret Dinarchum scripsisse *τὸ μακρολογεῖν*; I. 15. 54. 57. 58. III. 18. *ἀποφαίνειν τινά* legitur non participio (velut I. 6. 15. 59. 61. 104) sequente, sed infinitivo: quem sermonis usum nusquam reperire potui, nisi quod Plat. Menex. 237. B. C. primum quidem participium scripsit, tum vero infinitivum verbo *ἀποφαίνειν* aptata; sed hoc loco infinitivus merae anacoluthiae poterit tribui, ita ut Plato sese verbum *ἀποφαίνειν* antea adhibuisse non jam meminerit: quare exploratum hoc exemplum non habemus. Simile autem praebet ipsius Din. II. 13. *ἐξελεγχθεὶς ὀφείλων τῷ δημοσίῳ λέγειν οὐκ ἐξὸν αὐτῷ*: non enim poteris *λέγειν* conjungere nisi cum *ἐξελεγχθείς*. Namque si ad *ἐξόν* applices infinitivum, quid relinquatur voci *ἐξελεγχθείς*? *ὀφείλων* videlicet! Verum enim vero sana mente plane careat hoc: „er wurde überführt, Schuldner des Staates zu sein, obgleich es ihm nicht erlaubt war zu reden.“ Si autem quispiam velit ex infinitivo *λέγειν* participium *λέγων* intellegi ad verbum *ἐξελεγχθείς* referendum, atque construat *ἐξελεγχθεὶς ὀφείλων τῷ δημ. λέγων, οὐκ ἐξὸν αὐτῷ λέγειν*, zeugma profecto fingat novum atque inauditum eoque minus ferendum, quoniam zeugma facillimum atque tritissimum praesto Dinarcho fuisset id, ut *ἐξελεγχθεὶς . . . λέγων* scriberet, *λέγειν* autem infinitivum intellegeret verbo *ἐξόν* (id quod revera fecit II. 2. *ὀφείλων τῷ δημοσίῳ . . . γέγραφεν οὐκ ἐξὸν αὐτῷ* scil. *γράφειν*). Quae cum ita se habeant, facere non poterimus, quin *λέγειν* ex *ἐξελεγχθείς* pendere praecipiamus.

12) de participio.

Participia ultra modum Din. amare et rectissime demonstravit L. Schmidtius (Mus. Rhen. XV. 1860 p. 232 squu.) et in perlegendis orationibus facile unusquisque perspiciet: periodorum autem structuram cum infra (sub 28) contemplabimur, vel maxime nobis dilucidum fiet, quantopere participiis adhibendis noster indulserit. Hic

duo modo proponenda censui, quae videntur participiorum cultoris esse insignia.

a) Pro verbi simplici aliqua forma saepius supponit copulae *εἶναι* hanc formam cum participio illius verbi. Atque illa quidem *τίνες εἰσὶν οἱ τολμήσαντες*, *ὑμεῖς ἔσθ' οἱ ἐπιτεθεικότες*, similia (I. 4. 23. 28. II. 12. III. 17 etc.) huc non refero, quippe quae saepissime etiam apud alios scriptores, imprimis oratores — si quidem cum emphasi loquuntur — legantur. Facile etiam explicantur II. 7. *γεγενημένη* (scil. *ἐστί*) pro *γεγένηται*; II. 8. *εἰργασμένος* (scil. *ἐστί*) pro *εἴργασται*: namque hic participia finitis formis praetulit eam ob caussam, quod antecedunt adjectiva illa *ψευδής*, *μέτριος*. Mira autem sunt I. 90. *ἐστὶ καλῶς ἔχον* pro *καλῶς ἔχει*; 112. *οὐ βουλόμενός ἐστι* pro *οὐ βούλεται*.

b) Minus eleganter Din. participium unum alteri subjicit: I. 30. *εἰσελθὼν . . βουλεύσας . . ἐξέβαλε*; I. 35—36. *κατασκευάζων . . καὶ . . γράφων . . καὶ καταισχύνων . . ἀναψάμενος περιεπορεύετο τρυφῶν κ. τ. λ.* 47. *καθέστηκεν ἐπιωρκηκὼς μὲν . . κατάρατος δὲ . . γενόμενος . . ἐξελήλεγμένος . . ἐξηπατηκὼς δὲ κ. τ. λ.* III. 1. *ἐξεληλεγμένος . . καὶ ἐψευσμένος . . φάσκων . . κεχειροτονημένος καὶ . . τολμήσας κ. τ. λ.* III. 3. *εἰς τοὺς εἰδότας ὑμᾶς ἐξεληλεγμένον ἑαυτὸν ἅπασι τούτοις ἔνοχον γεγενημένον ἐλθεῖν*; III. 12. *ὃς . . . ἱππαρχηκὼς . . . . οὐκ ἄξιος ὤν, τιμώμενος κ. τ. λ.*

c) Interdum notionem vel certam quandam, vel generalem e mente nostra fingamus oportet, cui attribuamus participium: atque certa notio fingitur: I. 84. (*κεκριμένον* scil. *αὐτόν*); 102. (*γεγενημένους* scil. *ὑμᾶς*); generalis I. 111. *ἀντὶ* (scil. *ἀνθρώπου*) *λέγοντος*; I. 52* *καταψευσάμενον* (scil. *ἄνθρωπον*) cfs. epimetrum; 81. (*μέλλοντας*); II. 25. (*ὁρῶντας*), III. 8. (*σκεψαμένους*).

d) Accusativum absolutum habemus: I. 103. *κατασκευάζεις . . ὡς ἐπιμελησομένους τούτους . . καὶ*

. . δώσων, quod dicendi genus illustratur exemplis Dem. XIV. 15. Andoc. III. 25. Aesch. I. 22. 33. 153. 171. Lyc. 26. 90; Xenophontea attulit Krueg. gr. 56. 9. 10.

e) genitivus absolutus ~~tribus~~ duobus locis adhibetur, ubi participium constructum quod dicitur magis placeret: I. 58. *ἀπελύσαθ' ὑμεῖς ὁμολογοῦντος τοῦ Πολυεύκτου* (melius *ὁμολογοῦντα τὸν Π.*); II. 18. *τοῦ πατρὸς τελευτήσαντος . . . τὰ νομιζόμενα ἐποίησεν αὐτῷ.*

13) de adjectivo verbali I. 112. *προσεκτέον ὑμῖν ἐστι . . . . εἰδότας* cfs. Krueg. gr. 56. 18. 3.

(III. de enuntiatis singulis struendis).

14) de attributo.

a) Attributum longius haud raro interposito nomine discinditur: (Krueg. gr. 50. 10. 1): I. 15. *τῶν ὑπὸ Ἁρπάλου κομισθέντων χρημάτων εἰς τὴν πόλιν;* I. 41. *τὴν περὶ τοῦτον τύχην γεγενημένην;* 67. *τὸ τὴν φυλακὴν ἔχον συνέδριον τῆς πόλεως;* (cf. sub e.) 87. *τῇ πρὸς Ὀρέστην κρίσει γενομένῃ;* 110. *εἰς τὴν πρότερον δόξαν ὑπάρχουσαν αὐτῇ;* II. 10. *τοῖς ἐκ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων κακούργοις ἀπηγμένοις;* III. 22. *ταῖς γεγενημέναις ζητήσεσιν ὑπὲρ τούτων τῶν χρημάτων* (cf. sub e.); Sed etiam totum tale attributum inter articulum atque substantivum inseritur: I. 54. *ἡ παρὰ τούτου ῥηθησομένη κατὰ τοῦ συνεδρίου διαβολή;* 76. *διὰ τοὺς τότε γεγενημένους παρ' ὑμῖν συμβούλους;* 77. 89. 93. II. 17 etc. (multa ejusmodi ex Dem. collegit Rehdantz).

b) Duobus simul substantivis unum idemque conveniens attributum priori tantum attribuitur, subsequitur autem alterum aut articulo repetito, velut I. 54. *τὰ νόμιμα τἀκεῖθεν καὶ τὰ δίκαια;* 104. *τὸν ἑαυτοῦ τρόπον καὶ τὴν ἀπόνοιαν*, aut sine articulo: I. 3. *τὰς ἰδίας τούτων δωροδοκίας καὶ πονηρίας;* 13. *τοῖς τοιούτοις ἀτυχήμασι καὶ κακοῖς;* 91. *τῆς Δημοσθένους πονηρίας καὶ ἀτυχίας;* 108. II. 14. III. 7. —

c) Si duo attributa ad unum substantivum pertinent, aut α) duo simul inter articulum atque nomen interjiciuntur: I. 112. τὴν κοινὴν τῶν σωμάτων φυλακήν, vel articulo iterato: I. 32. τοῖς ἰδίοις τοῖς ἑαυτοῦ κινδύνοις; conjuncta autem particula καὶ: I. 8. τῶν ἀφανῶν καὶ μεγάλων ἀδικημάτων: 18. 23. 47. 93. 108. II. 4. III. 8. etc.; repetitoque articulo: I. 111. τὴν δικαίαν καὶ τὴν ὁσίαν ψῆφον (cfs. sub 16. b); — aut β) unum tantummodo interponitur attributum, post substantivum altero illato: atque non repetitur articulus I. 69. τὰ ἐν τῇ πόλει ἀναθήματα τῶν θεῶν (cf. sub e.); iteratur autem I. 10. τὴν προτέραν ζήτησιν τὴν ὑπὲρ κ. τ. λ. 60. τῶν ἄλλων ἀδικημάτων τῶν . . . ἀνηκόντων (cfs. sub 15. b). Addito καί alterum attributum adjungitur: I. 6. ἡ . . ἀξιόπιστος οὖσα βουλὴ . . καὶ κυρία κ. τ. λ.; 21. ὁ μιαρὸς οὗτος καὶ αἰσχροκερδής; 76. οἱ . . λαμπροὶ Λακεδαιμόνιοι καὶ . . . τραφέντες; — γ) ambo attributa post substantivum collocantur vel ἀσυνδέτως duobus cum articulis: frg. 85. τὴν αἰτίαν τὴν ἐμὴν τὴν ἐν ἀγρῷ, vel inter se conexa I. 38. πόλιν ἀστυγείτονα καὶ . . δουλεύουσαν; 49. 69. 88.

d) memoria digna sunt: I. 5. τὴν τούτων ἰσχὺν καὶ τὴν ἐν τῷ λέγειν καὶ πράττειν δύναμιν; 54. τὴν ἀσθένειαν τὴν τότε καὶ τὴν ἐρημίαν τὴν ἐμήν, ubi cum ad duo simul substantiva duo simul attributa pertinerent, alteri alterum Dinarchus attribuit.

e) Attributum cum Dinarchus substantivo postponeret, articulum saepius non iteravit. Quod facile toleramus (Krueg. gr. 50. 9. 9—10) si attributum illud constat e praepositione cum nomine: tum enim praepositionem partim ad verbum spectare statuendum erit, velut II. 7. εἰδότων . . . τὰ δίκαια περὶ τουτωνὶ τῶν ἀγώνων; III. 21. ταῖς γεγενημέναις ζητήσεσιν ὑπὲρ τούτων τῶν χρημάτων (cf. sub a). Sed I. 44. ἐάν τις τῶν φευγόντων ἐξ Ἀρείου πάγου κατίῃ maxime miror, quod neque arti-

culum repetivit orator ante *ἐξ*, neque scripsit *τῶν ἐξ Ἀ. π. φευγόντων*: ibi enim non solum non inuiti *ἐξ Ἀ. π.* potest verbo *κατίῃ*, verum etiam cavendum est, ne cum eo conjungamus, quoniam ad *κατίῃ* videlicet intellegendum est „ex exilio."

Sed justo saepius nudos quoque genitivos vel dativos substantivis posthabitos articulo carere passus est: [I. 24. *τὰς σκηνὰς τῶν βαρβάρων*; I. 26. 77. *τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας*; I. 37. *τὰ τείχη τῆς πόλεως*; 65. *οἱ ἐχθροὶ καὶ κακόνοι τῆς πόλεως*; 67. *τὴν φυλακὴν τῆς πόλεως*; (cfs. sub a); 69. *τὰ ἀναθήματα τῶν θεῶν* (cfs. sub c. β.)] 79.* *τὸ ψήφισμα τούτου*; 92.* *τοὺς φενακισμοὺς τούτου*; II. 23. *τὸ ψήφισμα τοῦ δήμου*; III. 18. *αὐτοῦ τὴν προσποίητον καλοκἀγαθίαν* (cfs. Krueg. gr. 47. 9. 18). I. 1. *τῶν ἀκολούθων τούτοις* (rectius I. 3. *τὰ τῇ πατρίδι συμφέροντα*). (cfs. Krueg. stud. philol. histor. II. 77).[10])

f) cf. sub 15. b.

15) de appositione.

a) Plane tacerem de I. 9. *τὸ σὸν σῶμα, τοῦ . . . μέλλοντος* — nam nimis hic genitivi post pronomen possessivum usus notus est — nisi delegandus esse lector videretur ad I. 84* *εἰς τὰς ὑμετέρας ἥκει χεῖρας, τοὺς* * . . . *συνειλεγμένους* * *καὶ τοὺς* * *ὀμωμοκότας* * (cfs. 29.).[11])

---

[10]) I. 79. *τὸ ψήφισμα τούτου* et I. 92. *τοὺς φενακισμοὺς τούτου* Bl. ante *τούτου* articulum de suo finxit: atque quin elegantius sic se haberent verba nemo adhuc dubitavit. Sed cur (II. 23) *τὸ ψήφισμα τοῦ δήμου* conjectura non tetigit? Hoc enim artis criticae constantia dignum fuisset! — Nec I. 79. nec I. 92. nec II. 23. mutandum est: alius locus alio defenditur.

[11]) Quoniam semper ad pronomen possessivum si appositio ascribitur, genitivo eam exstare constat (I. 9) jam dudum critici conjecerunt *τῶν . . συνειλεγμένων καὶ τῶν ὀμωμοκότων*. Ego autem cum anacoluthi usum Dinarcho frequentissimum fuisse intellexerim (sub 29) etiam hoc ab ejus consuetudine abhorrere nego: nam-

b) Si participium usurpatur appositionis loco α) saepe asciscit articulum: I. 9. σὺ, ὁ . . . φάσκων; 14. Κόνωνος . . τοῦ . . ἐλευθερώσαντος; 22. ὑμᾶς τοὺς κρίνοντας; 24. Θηβαίων . . τῶν . . κοινωνησάντων; 28. Φιλοκράτει τῷ γράψαντι; 43. αὐτῷ τῷ φήσαντι; 66. τὸν προδότην τὸν . . . εἰσενεγκάμενον; 87. ὑμεῖς . . οἱ φάσκοντες; 99. ὑμᾶς . . τοὺς . . πειθομένους; 100. ὑμεῖς οἱ φάσκοντες; 109. τοὺς . . γεγενημένους ὑμᾶς; II. 15. τοὺς ἀκούοντας ὑμᾶς. [NB. dubitari interdum potest an rectius de attributo quam de appositione dixissem, maxime in ultimis duobus exemplis I. 109. II. 15. ubi ὑμᾶς postponitur; sed aptius esse judicavi nomine appositionis omnia comprehendere, quippe quae — si quidem vel participium vel adjectivum apponitur — proxime ad attributum nimirum accedat (cfs. 14. c. β. sub I. 60. atque 14. f.), compluribus autem locis (I. 14. 24. 28. 43.) de appositione potius cogitandum esse elucet.]. Sed β) etiam carent articulo tales appositiones, ita ut praedicati quasi instar collocetur participium (cfs. Krueg. gr. 50. 11. 3.) I. 9. τὸ σῶμα . . ἐπιβουλευθέν; 10. τοῦ δημαγωγοῦ . . δόντος; 14. Τιμοθέῳ . . περιπλεύσαντι; 33. Ἐφιάλτης . . . μισῶν; 44.* Ταυροσθένην . . καταδουλωσάμενον; 57. ὑμεῖς κρίνοντες; 71.* στρατηγῷ . . ἀξιοῦντι.[12])

16) Si particulis vel καὶ vel ἤ (οὐδέ, μηδέ) res duae copulantur,

a) praepositio utrique propria priori modo tribui solet: I. 5. 6. 11. 20. 21. 26. 31. 38. 41. 61. 82. 88. 93.

---

que solenne est εἴς τινας ἥκειν pro „vor jemandes Tribunal kommen;“ cfs. Krueg. gr. 68. 21. 3. qui Lysiae proponit εἰς ὑμᾶς ἐλθὼν ἐλπίζω τῶν δικαίων τεύξεσθαι. Videbatur igitur hic sibi Din. antea scripsisse ἐπειδὴ ἐς ὑμᾶς ἥκει atque ideo accusativo casu appositionem exhibuit.

[12]) Cur. I. 44. 71. potissimum Bl. ad participia articulos conjectura apposuerit ego quidem non intellego. Carere possumus articulis velut I. 14. Τιμοθέῳ . . . περιπλεύσαντι.

101. 106. 110. 111. 112. 113. 114. II. 1. 5. 12. III. 12. 19. 20. 21. Bis tantum repetitam praepositionem indagamus: II. 14. *μεθ' ὑμῶν καὶ μετὰ τῶν . . οἰκείων*; I. 96. *ἐν τῷ ἐμπορίῳ ἢ ἐν τῷ ἄστει.* Namque si respondent inter se *καὶ . . καί* vel *ἢ . . ἤ*, symmetriae sine dubio gratia resumitur praepositio (I. 22. II. 11), quamvis etiam tunc omittatur: I. 96. *ἢ διὰ ψηφίσματος ἢ νόμου*; 98. *καὶ ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν καὶ τῆς πόλεως.*

b) Articulus saepe *α*) bis scribitur: I. 5. *τὴν . . ἰσχὺν καὶ τὴν . . δύναμιν*; 11. *τὸ δίκαιον καὶ τἀληθές*; 43. 46. 55. 64. 71. 78. 84. 92. 99. 107. 111. 113. 114. II. 1. 7. 19. III. 21. *β*) saepe etiam praetermittitur in altero membro I. 6.* *τὸ δίκαιον καὶ ἀληθές*; 9. 15. 28. 31. 35. 47. 48. 63. 64. 77. 92. 95. 98. II. 2. 14. 19. III. 4. 7. 10. 16.

c) Attributum semel tantum exhiberi illustratum est sub 14. b. De totis enuntiatis inter se conjungendis particularum *καί*, *ἤ* opera mihi nunc singula modo enuntiata struenda tractanti disputandum non est, sed infra videbimus de hac re sub 27. 28. 30. — Hoc autem jam nunc proponendum mihi videtur, quippe quod praecedentibus finitimum atque vicinum sit:

d) cum duo enuntiata relativa copulentur, ne tunc quidem bis pronomen dici, si alter ei in altero enuntiato casus debetur, velut I. 52. *ἣν παρεσχόμην . . καὶ οὐδεὶς ἐπεσκήψατο* (cfs. 20. b). Neque conjunctiones repeti solent (I. 3. 48. 53. 54. 68. 73. 82. 98. 106. II. 3. 4. 6. 23. III. 19 etc.) nisi quod I. 60. III. 7. legitur *ὡς . . . . καὶ ὡς . .*

17) de praedicato cum subjecto suo congruente

pauca memoria digna sunt haec: I. 22. *αἴτιος . . . Δημοσθένης καὶ ἡ τούτου φιλαργυρία*; 41. *ἀνάξιον . . . αὐτὸν καὶ τὴν . . τύχην*; I. 4. *γράψαντος σοῦ καὶ ἑτέρων πολλῶν* (cfs. Krueg. gr. 58. 3. 1—2).

I. 11. *τὸ δίκαιον καὶ τἀληθὲς προυργιαίτερον ποιεῖν*; II. 22. *δωροδοκία καὶ προδοσία κρινομένη*; (cfs. Krueg. 58. 3. 4.) cf. III. 3. *τόλμη καὶ ἀναιδείᾳ, ῇ κ. τ. λ.* I. 7. *τουτὶ γάρ ἐστιν ὑπερβολὴ κ. τ. λ.* III. 8* *πρῶτον* * *τετάχθαι τὴν ὀργήν* (cfs. Krueg. gr. 58. 3. 6.)[13])

18) de verbo cum subjecto congruente.

I. 73. *Ἐπαμεινώνδας ἐστρατήγει καὶ οἱ μετὰ τούτων*; II. 22. *δωροδοκία καὶ προδοσία κρινομένη . . ποιήσει* (cfs. 17. atque Krueg. gr. 63. 4. et 5.) Singulare est I. 99. *ὑμεῖς καὶ ὁ δῆμος κινδυνεύῃ*, quod exemplis illustrare non possum: melius sine dubio se haberet *κινδυνεύητε*; neque tamen intolerabile videtur *κινδυνεύῃ*, quoniam haec notio *ὁ δῆμος ἅπας* etiam illam *ὑμεῖς* complectitur atque haud scio an ea de caussa superior hic facta sit.

19) constructionis *κατὰ σύνεσιν* quae dicitur exempla habemus haec: I. 66. *ἕκαστος . . . ἀπολελυκότες . . κατεγνωκότες*; I. 10. *συνέδριον . . . αὐτούς*; 56. *παρ' αὐτῶν . . ἀπέφηνε*; II. 9.* *δεσμωτήριον . . . αὐτούς* (Krueg. gr. 58. 4). Permiscetur constructio haec liberior cum propria I. 73. *ἐνίκησεν ἡ . . πόλις . . εἰσέβαλον . . διεπράξαντο.*

Denique mentionem faciam loci I. 40. *κινάδη, οἳ κ. τ. λ.* (cf. Wm. p. 81).

20) de pronominibus intellegendis (cf. 12. c).

a) saepissime idem objectum ad bina verba attinet, sive finitum utrumque est, sive participium alterum: I. 70. *ἀποδιδόναι . . κελεύεις . . τὸ χρυσίον*; *οὐκοῦν*

---

[13]) Curnam Bl. *πρώτην* conjicit? Saepe enim masculinorum vel femininorum praedicatum est neutr. sing. (cf. Krueg. gr. 58. 36. et Din. I. 7; praeterea Plat. de legg. p. 707. A. *ὅτι κακὸν ἐν θαλάττῃ τριήρεις*; p. 732. E. *ἔστι δὲ φύσει ἀνθρώπειον μάλιστα ἡδοναὶ καὶ λῦπαι.*

. . ἀποδιδόναι δεήσει (scil. αὐτό); 82. λέγε . . τὰ ψηφίσμ. ἵνα . . θεωρήσαντες (scil. αὐτὰ) εἰδῆτε; 84. εὕρηκε Δημοσθένην . . ἀπέφαγκε (scil. αὐτόν); 89. ἔγραψεν . . φυλάττειν . . τὰ . . χρήματα . . οὕτως οὖν . . φυλάξομεν (scil. αὐτά); paullo audacius III. 14. ὑπολείπεσθαί τινας . . . ὅτε οἱ θεοὶ φανεροὺς ὑμῖν ποιήσαντες (scil. αὐτοὺς) παρέδοσαν; I. 15. ὃν ζητήσασα ἀποπέφαγκε; 27. τοὺς ἐνδόξους . . ἐξελέγξαντες κολάσητε; 30. ἀποθήσεσθαι αὐτὸν ὑπολαβόντες . . ἔσεσθαι; 41. τὰ δ' ἀποδόμενος οὐκ ἐβεβαίου; 56. τὸν ἀποστερήσαντα . . ζημιώσασα ἀποπέφαγκε; (57. 63). 65. σῶσαι τὴν πατρίδα κινδυνεύουσαν ὁρῶν; 105.** παρειλήφατε . . τὸ πρᾶγμα . . εἰδότες.** (cfs. annot. 24.) II. 24. III. 10. 13. (NB. hic communis omnium usus est).

b) Pronomina saepe intelleguntur e voce aliqua praecedente, quae tamen alio quodam casu est: I. 7. ἐκείνῃ . . προσετάξατε καὶ ἐπῃνέσατε (scil. αὐτήν); 20. οἷς ἑτοίμων γενομένων . . καὶ ἐλεησάντων (scil. αὐτούς); II. 15. Δημάδῃ καὶ Δημοσθένει . . . ᾤεσθε . . ἔχειν, ἀλλ' ἐτιμωρήσασθε (scil. αὐτούς); 20. τούτου καταχειροτονήσας . . . παρέδωκε (αὐτόν); III. 5. τιμῆσαι τῷ . . ἠδικηκότι . . ἢ ζημιώσαντας (scil. αὐτόν); III. 14. κατήγορον τούτου γεγενημένον καὶ προκεχειρικότα (scil. αὐτόν); — I. 105. Δημοσθένης εἰσάγεται πρῶτος . . κατηγορήκαμεν ὑμεῖς (scil. αὐτοῦ); I. 52. ἣν παρεσχόμην . . καὶ οὐδεὶς ἐπεσκήψατο (scil. αὐτῇ): poteris autem etiam hoc modo construere ἣν παρεσχόμην . . καὶ (scil. ᾗ) οὐδεὶς ἐπεσκήψατο (cfs. sub 16. d.); 104. ἔγραψε περὶ αὐτοῦ . . οὐδὲ θάνατον ὡρίσατο (scil. αὐτῷ); — I. 30. εἰς ποῖα πράγματα εἰσελθὼν . . οὐκ ἀνατέτραφεν (αὐτά); 75. θεωρήσατε . . ἐπὶ τῆς ἡμετέρας πόλεως . . ἐξετάσαντες (scil. αὐτήν).

Non tertiae sed alterius personae pronomen intellegendum: I. 61.* ὁρισάμενος σεαυτῷ . . ἐὰν (scil. σὲ)

ἀποφήνῃ;[14]) 98. δέξασθε τὴν ἀγαθὴν τύχην, ἣ τιμωρήσασθαι παρέδωκεν (scil. ὑμῖν); — Audacius est I. 58. εἰσῆλθεν . . ἀπελύσαθ' ὑμεῖς (scil. αὐτόν): ubi ex illo tertiae personae pronomine, quod latet in verbo εἰσῆλθεν, objectum sequentibus fingendum est. (cfs. paullo supra I. 98. δέξασθε κ. τ. λ.) Audacissima habeamus haec: II. 20. παραδοῦναι (scil. τοῦτον) . . ἀναμνησθέντας, ὅτι τούτου κατέγνωκεν; III. 15. νομίζων παρακαταθέσθαι (scil. αὐτῷ) . . . ἀπεχειροτόνησεν αὐτόν, ubi tantummodo e sententia atque ex insequentibus ὅτι τούτου κατεγ. atque ἀπεχειρ. αὐτόν objectum intellegi licet.

c) quo magis ne ab audacia quidem sese abstinuisse Dinarchum perspeximus in objecto praetermittendo, eo magis mirum videtur, quod interdum tumidius quam accuratius objectum repetivit: I. 12. οἷς πρὸς ὑμᾶς χρήσεται λόγοις ἐξαπατῶν ὑμᾶς; 109. ὑπὲρ ἧς . . ὑπομείναντες ἐλευθέραν αὐτὴν . . παραδεδώκασι; II. 24. φυγὴν τοῦ κομίσαντος . . . καταγνόντες ἐξήλασαν αὐτόν; III. 11. παθεῖν . . ὑπὸ τούτου . . ἐγνωκότες τοῦτον . . ἀξίως . . τῆς τοῦ κρινομένου πονηρίας κολάσατε αὐτὸν.

21) subjectum enuntiati secundarii transfertur in primarium.

I. 4. ζητεῖν περὶ αὐτῶν . . . εἴ τινες . . εἰλήφασι; 22. 46. θεωρήσουσιν ὑμᾶς, ὅπως κ. τ. λ.; 27. τοὺς τυ-

---

[14]) Plerumque non solet nisi tertiae personae pronomen subaudiri. Sed etiam primam secundamque personas interdum hoc passas esse et Krueg. testatur (gr. 60. 7. 1) exemplo proposito Xenophonteo μὴ οἷον τὰ μόνα ἡμῖν ἀγαθὰ ὄντα ὑμῖν παραδώσειν (scil. ἡμᾶς); et ego mihi notavi Anab. VII. 2. 24. καὶ ὑπισχνούμενός μοι εἰ ταῦτα πράξαιμι, εὖ ποιήσειν (scil. ἐμέ). In ipsius autem Dinarchi I. 98. δέξασθε . . ἣ . . παρέδωκε (scil. ὑμῖν) secundae personae dativus intellegendus est.

χόντας . . οὐδεὶς οἶδε, τί . . πεπόνθασι; 58. Πολύευκτον . . . ζητῆσαι, εἰ συνέρχεται; II. 7. τὸ . . λαμβάνειν οὐκ ἴσθ' ὅτι . . ἐστί; 11. ὃν . . ἴστε, ὅτι; III. 5. τὰς ἀποφάσεις . . κρίνεσθαι, . . πότερον . . εἰσί; 11. ἐγνωκότες τοῦτον, οἷος . . ἐστί.

22) de verbo vel assumendo sive e praecedentibus sive ex insequentibus, vel e sententia fingendo.

a) plane tacerem de illis enuntiatis contractis quae dicuntur, ubi unum idemque verbum duobus simul sententiis sufficit (velut I. 3. οὐχ ἵν' ἀφῆτε . . προσετάξατε . . ἀλλ' ἵνα . . . τιμωρήσησθε;) nisi etiam hic applicandus esset lector ad duos illos locos [15]) ubi intolerabilis talis dictio editoribus nonnullis visa est: I. 55. ζητεῖ τὰ προσταχθέντα . . . ἀλλ' ἁπλῶς τὸν ἔνοχον ὄντα; III. 14. μὴ παρέργως ἔχειν . . . ἀλλ' ἀκολούθως.

b) tritissimum etiam hoc est, ut e verbo quodam alia ejusdem verbi forma enuntiato proximo fingenda sit: I. 3. κρίνεται, παρὰ δὲ τοῖς ἄλλοις ὑμεῖς (scil. κρίνεσθε); 49. ἀπέφηνεν οὔτ' ἐμέλλησεν (scil. ἀποφαίνειν); 89. ἔχῃς, ἕτερος δὲ . . (scil. ἔχῃ), Δημάδης δὲ . . (scil. ἔχῃ), ἕτεροι δὲ . . (scil. ἔχωσι), ὅσα . . ἀποπεφασμένοι εἰσίν (scil. ἔχειν); 103. (scil. χρηματίζειν); 110. (scil. ἐλεεινότερος γέγονε); 113. (τοὺς μέλλοντας. scil. ἀποφαίνεσθαι); 113. εἰ δὲ μὴ (scil. τιμωρήσεσθε) II. 23. (scil. κεκομικέναι). Accedit I. 84. προήσεσθε . . μὴ (scil. προίετε); atque notandae videntur liberiores verborum structurae: I. 37—38. ὧν τοὺς μὲν ἀρχαίους μακρὸν ἂν εἴη λέγειν . . . . ἀλλὰ ταυτὶ . . (scil. λέγω): melius enim sic placet explicare,

---

15) Neque cum Mr. post ἠδικηκότα, neque cum Wm. post ζητουμένοις, neque cum Bl. ante τὰ γεγενημένα ego indiderim ἀποφαίνει, sed illud ζητεῖ et ad τὸν ἔνοχον ὄντα, et ad τὸν ὁποινοῦν ἠδικηκότα pertinet. (Turr.). Multo etiam facilius III. 14. ἔχειν et ad παρέργως et ad ἀκολούθως applicatur, ita ut lacunae signo a Bl. post κεκριμέναις edito probe carere possimus.

quam cum Mr. *ἀλλὰ ταυτὶ* (scil. *οὐκ ἀναμνήσεσθε*) (cfs. d. sub I. 50;) I. 72—73. *ἐγένετο μεγίστη . . . . ἅπαντες ἂν ὁμολογήσαιεν . .* (scil. *τότε γενέσθαι μεγίστην*) *ὅτε κ. τ. λ.* (cfs. 29. a.)

c) ellipsi jam finitima sunt: I. 10. *δυοῖν θάτερον ἐχρῆν αὐτοὺς* (scil. *ποιεῖν*, quod depromitur e sequu. *ζητεῖν, προσδέχεσθαι*); 22. *δυοῖν θάτερον . . ποιήσει τοὺς ἄλλους* (scil. *ποιεῖν*, ex *λαμβάνειν, φοβεῖσθαι*); 31. *ὡς μήποτε ὤφελεν* (scil. *γενέσθαι*, e *συμβουλεύειν ἤρξατο*).

d) ex sententia tantummodo intelleguntur verba: I. 50. *τίνας τούτους* (scil. *λέγω*); Wm. autem p. 93. sic *τίνας τούτους* suadet ut construatur: (*κατὰ*) *τίνας τούτους* (*ἀνάγκη . . . ποιεῖσθαι τὰς ἀποφάσεις*); sed simplicius arbitror hoc *λέγω* mente adjici, quoniam dicendi verba saepius sic omitti constat (cfs. Krueg. gr. 62. 3. cum annott. atque b. sub I. 37—38); I. 44. *οὐκ ἐῶσι . . ἐπιβαίνειν· εἰ δὲ μὴ* (scil. *πείθεται*).

(IV. de iis vocabulis, quae declinationem non patiuntur).

23) de negationibus.

Particulae exstant negativae, cum melius se haberet adjectivum: I. 2. *ἀγῶνα τηλικοῦτον ἡλίκος οὐδὲ πώποτε γέγονε;* I. 14. *οὐκ ἐποιήσασθε ὑπόλογον;* sine dubio magis graece dicta essent: I. 2. *οὐδεὶς πώποτε*, 14. *οὐδένα . . ὑπόλογον.*

24) de conjunctionibus.

διότι post declarandi verbum scriptum est I. 3; quod quamquam saepius apud recentiores demum fieri solet, tamen exempla nonnulla Demosthenis quoque et Isocratis proponit Kuehn. gr. II. p. 576. ann. 1.

ἵνα relativum est II. 10. *ἵνα ἐξῆν ἀπάγειν*; neque

tamen solennem illic habet significationem „ubi,“ sed „quo:“ cujus quamvis apud poetas modo exempla inveniantur, tamen commode eam explicari cognoscemus 25. sub εἰς. — Finale ἵνα asciscit indicativum plusquamperfecti I. 10. ἵνα . . ἀπηλλάγμεθα.

καθότι (cfs. epimetrum sub III. 6).

πλήν: I. 72. οὐδὲν ἄλλο πλήν rarum dicendi genus est.

particulas interrogativas plerumque quidem a Dinarcho respui demonstrabitur 30. s. β.

de multis particulis videndum erit etiam sub 27.

25) de praepositionibus

accuratiorem disputatiunculam instituendam esse judicavi, quoniam in praepositionibus usurpandis vel maxime inter se distant scriptores, Dinarchique igitur consuetudinem certis quibusdam finibus definivisse non nullius momenti videtur esse. Sed ne hic quidem omnia singula exscripsi, sed graviora modo atque rariora elegi.

ἀπό: a) ἀποστρέφειν ἀπό τινος II. 23; ἀποχειροτονεῖν τινα ἀπὸ τῆς . . ἐπιμελείας: exstat in Plut. ἀποχ. τινά τινος; oratoribus autem usitata sunt ἀποχ. τινα ἐπιμελητήν aut ἀποχ. infinitivo sequente (cfs. II. 10. ἀποδοκιμάζεσθαι . . ἄρχειν). b) I. 109. γίγνεσθαι ἀπό τινος (cfs. sub ἐκ, c.); c) I. 21. ἀπὸ τῶν πολλῶν χρημάτων δέκα τάλαντα δοῦναι; 69. εἰσφέρειν τι ἀπό τινος; et omisso objecto: I. 69. ἀπὸ τῶν ἰδίων κτημάτων εἰσφέρειν; 70. ἀπὸ ταύτης εἰσφέρειν (cfs. sub ἐκ, d. β.); d) I. 41. ἀπὸ ψηφισμάτων λαμβάνειν χρυσίον.

ἐκ: a) de loco: α) II. 10. ἐκ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων . . ἀπάγεσθαι: ubi non ipse locus praepositioni adjicitur, sed homines ii qui locum illum tenent. β) videtur esse pro ἐν: ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλή, tritissimum apud omnes scriptores; cur autem ἐκ scripserint, non ἐν, caussam certam quandam e sententia petitam Graecis fuisse, jam

ex eo elucet, quod semper dicitur τὸ συνέδριον τὸ ἐν Ἀ. πάγῳ. (I. 112. III. 7.) Etenim si συνέδριον Areopagum appellant, de consilio illo cogitant in Areopago considente, si autem βουλήν nominant, βουλεύματα consilii illius mentibus agitant, quae revera ex Areopago proficiscuntur. Simili ratione intellegendum est I. 54. τὰ νόμιμα τἀκεῖθεν, ubi exspectaverit fortasse quispiam τὰ νόμιμα τἀκεῖ: namque τὰ νόμιμα in Areopago quidem sunt, sed illorum vis ex Areopago proficiscens ad totam civitatem pertinet γ) attractionem quae dicitur habemus II. 25. τὸν ἐκ Μήδων χρυσὸν ἤγαγεν εἰς Πελοπόννησον. δ) I. 35. ἀνάπτεσθαί τι ἔκ τινος (cfs. Krueg. gr. 68. 17. 5). b) de tempore: II. 22. ἐκ τοῦ λοιποῦ χρόνου (cfs. sub εἰς, c, β.); c) de origine: I. 109. τοὺς ἐξ αὐτῆς γεγενημένους cfs. Wm. p. 157. qui recte ἐξ defendit contra Wolfium ἐν conjicientem. Quod si exemplis defendi non posset, tamen hic certe conservandum esset ἐξ, ubi in prosopopoeia est χώρα beneque igitur quasi germana mater Atheniensium inducitur. d) metaphorice: α) I. 5. 41. III. 20. μανθάνειν, κρίνειν, ἀποδεικνύναι τι ἔκ τινος; I. 33. τεκμαίρεσθαί τι ἔκ τινος, quod legitur quidem etiam Xen. mem. IV. 1. 2. Plat. Crit. p. 44. A. rep. IV. p. 433. B.; sed multo usitatius est τεκμαίρεσθαί τί τινι; I. 46. ἐκ τῶν πολιτευομένων ἀπόλλυσθαι; 108 ἡ ἐκ τοῦ ἄλλου βίου ἔμφυτος πονηρία; 112. ἔκ τινος γίγνεται συνεργία; II. 11. ἐκ τοῦ ἄλλου βίου κ. τ. λ. τυγχάνειν τιμωρίας; — β) I. 80. ἐκ τῶν ἰδίων ἐπιδιδόναι; II. 18. ἐκ τῶν ἰδίων εἰσφέρειν (cfs. sub ἀπό, c).

ἕνεκα consilium indicat I. 71. τῶν . . ἕνεκα γιγν. ὅρκων; 95. ἕνεκα τοῦ παρόντος ἀγῶνος; I. 105. τιμωρίας ἕνεκα; III. 7. χάριτος ἢ λήμματος ἕνεκα; I. 107. χρημάτων ἕνεκα; II. 5. ἕνεκ' ἀργυρίου: in ultimis his duobus exemplis multo magis consentiret cum communi Graecorum usu, si aut merum genitivum, aut ἐπί c. dat. scripsisset. (Ante nomen suum posita est praepositio

II. 5. ἕνεκ' ἀργυρίου, hyperbaton habemus I. 71. cfs. sub 26. a. β).

ἐν a) II. 4. ἐγγίγνεσθαι ἔν τινι: crebrius obviam fit ἐγγ. τινι, quamvis ἔν τινι nonnullis etiam Xenoph. et Platonis exemplis illustretur; I. 5. ἡ ἐν τῷ λέγειν καὶ πράττειν δύναμις: solenne est ἡ τοῦ λέγ. καὶ πρ. δύναμις, ἐν autem quantum scio non legitur nisi Polyb. II. 56. 5: δύναμιν ἐν τῇ πραγματείᾳ καταμαθεῖν, quamquam dubium est, an verbo potius καταμαθεῖν tribuendum sit ἐν τῇ πραγμ.; b) ἐν est pro εἰς (cf. sub εἰς, d).

εἰς: a) de loco dicitur metaphorice: I. 3. III. 20. ἀναδέχεσθαι, λαμβάνειν εἰς ἑαυτόν τι; 110. ἀποβλέπειν εἴς τι; III. 12. καθιστάναι ἑαυτὸν εἰς τὸ αὐτό τινι; I. 93. 109. III. 7. καθιστάναι τινὰ εἰς ἀδοξίαν, κινδύνους, αἰτίαν; III. 21. ἄγειν τινὰ εἰς ἀδοξίαν; I. 77. III. 7. ἐμβάλλειν τινὰ εἰς ἀτυχίας, εἰς αἰσχύνην καὶ ἀδικίαν; I. 45. ἀπόφασιν ποιεῖσθαι εἴς τινας; 60. εἰς ἀργυρίου λόγον ἀνήκειν; 84. ἥκειν εἰς χεῖράς τινος; 114. ὅσον εἰς τὸ μέρος τοὐμὸν ἥκει; b) idem fere valet quod „contra“: I. 29. 113. τρέπειν τι εἴς τινα; I. 19. III. 4. ὕβρις, αἰτία εἴς τινα γίγνεται; c) de fine sermo fit: I. 18. 20. 21. 26. 80 εἰς σωτηρίαν; I. 30. εἰς ποῖον καιρόν; 36. εἰς τοὺς μέλλοντας καιρούς; 69. εἰς πόλεμον; 87. εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον (cfs. sub ἐκ, b). d) animus advertendus est ad I. 25. συνάγειν τοὺς φυγάδας ἐν Θήβαις; I. 94. συνιέναι τοῖς φυγάσιν ἐν Μεγάροις, qualia rarissima Graecis esse annotat Krueg. ad Thuc. II. 99. 1. Vulgo enim verbis et coeundi et colligendi praepositio εἰς annectitur, velut ipse noster I. 54. 74. συνέρχεσθαι, συλλέγεσθαι εἰς edidit. Neque tamen I. 25. 94. corrupta esse quisquam ausus est statuere, et probe ea defendit Wm. p. 34; non enim uno modo loco scriptores cum praepositionem adhibere opus esset quo quispiam eat significantem liberiorem construendi rationem amplexi aliam quandam usurpaverunt, quae ubi aliquid fiat significat.

Exemplum Wm. deprompsit ex ipso Din. I. 23. ἔστησεν ἐπ' οἰκήματος, cui ego habeo quod adjiciam I. 43. τὸ χαλκοῦς ἐν ἀγορᾷ στῆσαι (in eadem § legimus: ἀνατιθέναι εἰκόνα εἰς τὴν ἀγοράν). Accedit II. 10. ἵνα ἐξῆν ἀπάγειν (cf. 24 sub ἵνα). Quae vero ratio huic liberiori mori subsit, facile est intellectu: animo enim scriptoris jam obversata sunt ea, quae consequerentur illa συνάγειν εἰς Θήβας, συνιέναι εἰς Μέγαρα, στῆσαι ἐπ' οἴκημα, εἰς ἀγοράν, ἀπάγειν ποι; consequuntur autem συνεῖναι ἐν Θήβαις, Μεγάροις, ἑστάναι ἐπ' οἰκήματος, ἐν ἀγορᾷ, (ἀπηγμένον) εἶναί που. Duobus igitur his temporis vestigiis invicem permixtis atque quasi in unum contractis orator scripsit συνάγειν ἐν Θήβαις, συνιέναι ἐν Μεγάροις, στῆσαι ἐπ' οἰκήματος, ἐν ἀγορᾷ, ἀπάγειν που.

διά. Unum memorandum est I. 7. ἐπαινεῖν τινα διά τι: semper enim invenies ἐπαινεῖν τινα aut τινὸς, aut ἐπί τινι, aut τινὶ.

κατά a) cum genitivo: I. 6. II. 2. ἀποφαίνειν τι κατά τινος (cf. sub περί, a). I. 11. 112. II. 6. ἀπόφασις κατά τινος; I. 44. 47. 104. τιμωρία κατά τινος (cf. sub περί, a.); II. 17. ἐπιτιθέναι . . ἔκτισιν κατὰ ἀδικήματος; II. 5. ἀδικήματα κατά τινος φανερὰ γίγνεται; III. 20. ἀδικία κατά τινος ἀποδείκνυται; II. 16. ἀρὰς κατά τινος ποιεῖν. —

b) cum accusativo: α) de loco I. 18. 32; β) de tempore I. 73; I. 42. 47. II. 16. γ) = „secundum": I. 63. κατὰ πρόσταγμα, quod idem etiam Diod. XIV. 41. exstat; oratores autem Attici ἐκ προστάγματος praeferebant; δ) = „quod attinet ad": I. 58. 88. II. 5. III. 4. τὸ καθ' ἑαυτὸν μέρος; III. 10. τὸ καθ' ἑαυτόν; I. 97. ἡ κατὰ τὴν πόλιν οἰκονομία: exhibent alii ἡ περί τι vel ἡ τινὸς οἰκονομία.

μετά cum genit. a) I. 20. μετά τινος εἶναι; 20. ἀκολουθεῖν μετά τινος; 86. συνθήκας τίθεσθαι μετά τινος: dicitur Attice aut τινὶ, aut πρός τινα. b) nil fere

differt *μετά* a *καί*: I. 74. *ἡ πόλις μετὰ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἀπώλετο*; namque exspectamus potius: *οἱ ἄλλοι Ἑλλ. μετὰ τῆς πόλεως*. c) II. 14. III. 8. *μετ' εὐφημίας, ἡσυχίας* simplicium adverbiorum locum obtinent *εὐφήμως, ἡσύχως*.

ὑπέρ: a) = „in alicujus gratiam": *α*) I. 37. 65. III. 21. *κινδυνεύειν, κίνδυνον ὑπομένειν ὑπέρ τινος* (cfs. sub *περί*, a); I. 48. 108. *ἀπολογεῖσθαι, ἀπολογία ὑπὲρ ἑαυτοῦ, τῆς πόλεως* (cfs. sub b.); I. 26. 98. II. 24. *βουλεύεσθαι ὑπέρ τινος*; III. 21. *ψῆφον φέρειν ὑπέρ τινος*; *β*) = „loco alicujus" I. 70. 111; b) = „de, propter": I. 99. *γνώμην ἔχειν ὑπέρ τινος* (cfs. sub *περί*, a.); I. 20. III. 11. *τιμωρία, τίμησις ὑπέρ τινος*; I. 103. *δίκην διδόναι ὑπέρ τινος*: vulgare est *δικ. διδ. τινὸς*; I. 10. III. 22. *ζήτησις ὑπέρ τινος* (cfs. sub *περί*, a) I. 108. *ἀπολογεῖσθαι ὑπὲρ ἀδικημάτων*, III. 4. *ἀπολογία ὑπὲρ αἰτίας*: rarissimum est praepositione *ὑπέρ* eas res induci, de quibus defenditur, sed dici solet *περί τινος* (cfs. *περί*, a); *ὑπέρ τινος* autem solenne est de homine eo, qui defenditur (cfs. sub a, *α*). III. 11. *χάριν ἔχειν τινὶ ὑπέρ τινος*: semper fere legi *χ. ἔχειν τινί τινος* notum est.

περί a) cum genitivo: I. 3. *γνώμην ἔχειν περί τινος* (cfs. sub *ὑπέρ*, b.) 99. *κινδυνεύειν περί τινος* (cfs. sub *ὑπέρ* a, *α*); 113. *ἀπολογεῖσθαι περί τινος* (cfs. sub *ὑπέρ*, a, *α*. et b); II. 14. 24. *βουλεύεσθαι, ψηφίζεσθαι περί τινος* (cfs. sub *ὑπέρ*, a, *α*) I. 50. *ἀπόφασιν ποιεῖσθαι περί τινος* (cfs. sub *κατά*, a); 60. *τίμημα ποιεῖν περὶ τῶν δωροδοκούντων* (cfs. sub *κατά*, a); I. 4. 8. II. 23. *ζητεῖν περί τινος*; I. 11. *ζήτησις περί τινος*, et de rebus, et de personis (cfs. sub *ὑπὲρ*, b); 103. *χρηματίζειν περί τινος*; 59. *πιστεύειν τινὶ περί τινος*; 86. *ἐπέτρεψε κρῖναι περὶ αὐτοῦ*: recte Wm. p. 60. plerumque Atticos scribere *κρίνειν τινά* docet, de rebus autem tritum esse *περί τινος*; atque legimus *κρίνειν τινά* I. 100. Quamquam *περί τινος*,

de homine dictum exstat etiam Plat. apol. p. 35. D. I. 5.* *ἡ περί* τινος πίστις*: magis placeret *περί τινα* (cfs. b. sub I. 41).[16]) — b) cum accusativo translatam quandam significationem habet: I. 41. *ἡ τύχη περί τινα γίγνεται*; 112. *συνεργία περί τι γίγνεται*; I. 10. *ἡ περί τινα προδοσία*: alibi plerumque *προδοσία τινός*; II. 14. *πονηρὸν περί τινας γίγνεσθαι.*

παρά a) cum genitivo: *α*) I. 18. 76. 102. *πρεσβεία, σωτηρία, βοήθεια παρά τινος*; II. 23. *ὁ φόβος ὁ παρ' ὑμῶν* (cfs. Mr. annot. ad II. 23); *β*) apud verba comperiendi I. 51. 72. II. 11. 12. 19; *γ*) I. 56. *τὸν παρ' αὐτῶν*; ibi *παρ' αὐτῶν* est „ex ipsorum numero"; *δ*) in passivis idem valet, quod *ὑπό* c. gen. I. 43. 53. 54. 90. III. 8; *ε*) apud neutrum *γίγνεσθαι* est II. 7. — b) cum dativo: *δοκεῖν, νομίζεσθαι, κρίνεσθαι, ἀποφεύγειν, δίκην διδόναι παρά τισι* I. 3. 3. 10. 49. 60. 73. 75. 84. 94. 106. II. 2. 10. 15. 22. III. 13. 22; c) cum accusativo: I. 62. *πλημμελεῖν παρὰ τοὺς νόμους*; solennia sunt aut *πλημμελεῖν, τι* aut *εἴς τι* aut *περί τι.*

ἐπί a) cum genitivo *α*) de loco I. 36; I. 23. *ἔστησεν ἐπ' οἰκήματος* (cfs. sub *εἰς*, d); *β*) metaphorice: I. 17. *διαμένειν ἐπὶ τῆς πολιτείας*: *ἐπί* c. gen. non legitur apud *διαμένειν*, nisi apud Polyb. et App., Xenoph. autem et Isocr. amplectuntur *ἐπί τινι, ἔν τινι* (attamen *μένειν ἐπὶ τῆς ὑποθέσεως* legitur apud Aesch). — — III. 6. *ἐπί τινος πονηρὸν γίγνεσθαι*; III. 8. *ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀδικημάτων .. δεῖ κ. τ. λ.*: exspectamus his duobus exemplis potius dativum pendentem ex *ἐπί*, quam genitivum (cfs. sub b, *β*); quid? quod III. 8. infra transit orator in dativum: *ἐπὶ δὲ ταῖς προδοσίαις κ. τ. λ.* Similia sunt etiam I. 5. *ἐπί τινός τι καταλύειν*; 54. *ἐπ' ἐνίων οὐ μεταλαμβάνειν τὸ πέμπτον μέρος.* — I. 75. *θεωρεῖν ἐπί τινος*;

---

[16]) Bl. sine caussa *τὴν πατρίαν αὐτῆς* cf. Isae. I. 36. *τὸ περὶ ἡμῶν δίκαιον*; XI. 17. *τὸ περὶ αὐτῆς γένος* (Mr.).

γ) de tempore I. 34** ἐπ' Ἄγιδος**[17]); 95. ἐπ' Εὐβούλου; b) cum dativo: α) de loco I. 62. II. 12; β) translata notione est: I. 4. 107. ἔστι τι ἐπί τινι; 74. ἐπί τινι γίγνεσθαι (praefici alicui); 56. ἐπ' ὀνόματί τινος. I. 6. ἐπὶ τοῖς χρήμασιν . . ἄκυρος ἔσται; II. 21. ἐπί τινι . . ἀτιμώρητον ἐᾶσαί τινα; III. 8. ἐπὶ . . . προδοσίαις (. . δεῖ) . . τετάχθαι (cfs. sub a, β); γ) caussam affert I. 4. 13. 13. 16. 29. 30. 63. 91.* 94. 112. 113. II. 7. 21. 24. 26; δ) = „contra“ I. 112. δῶρα λαμβάνειν ἐπὶ τῷ δήμῳ; II. 26. δῶρα δέχεσθαι ἐπὶ τοῖς τῆς πατρίδος συμφέρουσι: rarissima profecto praepositionis ἐπὶ significatio haece est, de qua recentiores grammatici, quot ego quidem inspexi, omnino tacent; neque tamen omnibus exemplis destituti sumus: invenitur enim Xen. Anab. VII. 7. 39. ἔχειν τι ἐπὶ τοῖς στρατιώταις, quo loco Krueg. editor in annotatione nullum praebet exemplum nisi nostri I. 112; sed cfs. Frohberger. ad Lys. XII. 9. c) cum accusativo: α) de loco I. 24. διανέμεσθαι ἐπὶ τὰς σκηνάς, distributive; β) finem significans: I. 25**. III. 14; — III. 1. στρατηγὸς ἐπὶ τὴν Μουνυχίαν κεχειροτονημένος; II. 20. τάττεσθαι ἐπί τι: magis usitatum esse in hac dictione ἐπί τινι jure affirmat Mr. (ann. crit. ad II. 20), sed ipse exemplis illustrat accusativum; simile autem est, quod modo prolatum est, III. 1. στρατ. ἐπὶ τὴν M. κεχ.

ὑπό a) c. genitivo apud neutra I. 19. 22. 38. 57. 85. III. 11. (cfs. sub παρά, a, ε). b) cum dativo: I. 76. ὑπὸ τοῖς ἐκείνων ἤθεσι τραφέντες.

Duae praepositiones σύν atque ἀνά nusquam a Din. usurpatae sunt.

---

[17]) Pro codicum ἐπ' Αἰγός multo magis placet cum Wesselingio (ad Diod. XVII. 62) Wm., Mr. emendare ἐπ' Ἄγιδος, quam cum Cb. ἔναγχος: cfs. Diod. XVII. 48. κατὰ τὴν Εὐρώπην Ἄγις μὲν τῶν τῆς ἐν Ἰσσῷ μάχης διασωθέντων μισθοφόρων ἀναλαβὼν ὀκτακισχιλίους νεωτέρων πραγμάτων ἀντείχετο χαριζόμενος Δαρείῳ.

III. de Dinarchi ratione compositionis et elocutionis.

A. de compositione verborum.

26) de verborum collocatione (de hyperbato).

Quod attinet ad verborum collocationem cum non multa conspexerim Dinarchi propria, satis est de iis locis disseruisse, ubi paullo liberior est verborum ordo, de hyperbato. Hyperbati autem usus tam frequens est, ut fere nullum enuntiatum — apud oratores saltem — invenias, ubi omnia verba propriam atque constantem collocationem habeant. Quamobrem ut usitatissima omnia hyperbata enumerarem, abs me impetrare non potui: quorum illa potissimum sunt, quibus verbum finitum liberius collocatum dirimit seu voces particula *καί* junctas (velut I. 7. *σοῦ κατέψευσται καὶ Δημάδου;* III. 13. *οἱ λιμένες εἰσὶ καὶ τὰ νεώρια*), sive attributum sejungit a nomine (velut I. 12. *ἀμφοτέραις ἐλυμήνω ταῖς πόλεσι;* 46. *τοῦτον δικάσετε τὸν ἀγῶνα*). Deinde hujus loci sunt exempla illa, ubi non subjectum enuntiatum inchoat, sed alia quaedam notio, sive illa potissimum premenda est (I. 35. *ἐν τούτοις τοῖς καιροῖς Δημοσθ. τίς ἦν;*), sive verbum finitum in initio enuntiati positum copulationem quandam efficit cum sententia ea, quae praecedit (I. 22. *ἀκούσονται . . πάντες ἄνθρωποι, θεωρήσουσιν ὑμᾶς κ. τ. λ.* cfs. 27, c. *β*). Neque cuiquam novum esse videbitur, si I. 13. scriptum invenerit: *ἐφ᾽ οἷς οὐκ οἶδ᾽ ὅ τι . . ἂν ἐποίησεν,* vel si I. 39. legerit *ὑμῶν τοὺς προγόνους,* quamquam longe tritissimum est *τοὺς προγόνους ὑμῶν.*

Talia igitur cuncta mittenda esse constitui, paucos autem locos lectori proponendos delegi, ubi audacius quam liberius atque minus polite interdum orator verba collocasse videatur.

a) notiones artius conjungendae sejunguntur interposito α) substantivo I. 15. κομισθέντων χρημάτων εἰς τὴν πόλιν; I. 40. 67. 87. 110. II. 10. III. 22. (cfs. sub 14. a); β) interjecto vel adverbio vel praepositione: I. 7. πολλὰ πρότερον τῶν κοινῶν; 71. τῶν ἐν ταῖς κρίσεσιν ἕνεκα γινομένων ὅρκων; γ) participio intercedente vel infinitivo: I. 9. τὸ πρότερον εἶναι δοκοῦν πιστὸν; II. 6. δεινὸν ἀφεῖσθαί ἐστι; I. 71. αἰσχρὸν ἀπειπεῖν τιμωρουμένους ἐστίν: laudarem ego equidem, si copulam εἶναι non ab adjectivis abstulisset noster, sed scripsisset τὸ πρότερον δοκοῦν πιστὸν εἶναι, δεινόν ἐστιν ἀφεῖσθαι etc.

b) Compluria quoque verba inter duas notiones finitimas interponuntur: attuli jam unum exemplum I. 71. αἰσχρὸν ἀπειπεῖν τιμωρουμένους ἐστίν; atque in mentem veniunt: I. 6. ἡ τῶν ἐκ προνοίας φόνων ἀξιόπιστος οὖσα βουλὴ τὸ δίκαιον .. εὑρεῖν; II. 7. πάντα οὐδὲν ἧττον ἡμῶν τὰ δίκαια; I. 111. λαμπρὸν ἐξ οὗ προσελήλυθε πρὸς τὸ πολιτεύεσθαι γεγενημένον.

c) Duo simul hyperbata in iisdem verbis insunt: I. 5. εἴ τις μέλλει τῇ πατρίδι αἰτία .. ἔσεσθαι: dirimuntur enim τὶς ab αἰτία, et ἔσεσθαι ab μέλλει τῇ π; III. 5. περὶ τῆς τιμωρίας ὑμᾶς δεῖν τῆς γεγραμμένης δικάσαι νῦν, ubi sejunguntur τιμωρίας a τῆς γεγραμμ. atque ὑμᾶς δεῖν ab infinitivo δικάσαι. Tria hyperbata continebant codicum verba I. 25. ἐάν τις ὅπλα διὰ τῆς χώρας τῆς Ἀθηναίων ἔχων πορεύηται: remotum enim erat τὶς ab ἔχων, ὅπλα ab ἔχων, διὰ τῆς χῶρας τῆς Ἀθ. a verbo πορεύηται; neque tamen ego in hac verborum collocatione, quamquam difficilis est atque nimis enuntiatum totum distrahit, offenderem, nisi ex ipsa sententia corruptela comprobaretur (cf. epimetrum). Medelam autem a me l. c. propositam amplexis: ἐὰν ὅπλα διὰ τῆς χώρας τις Ἀθηναίων ἔχων πορεύηται duo tantum nobis restant

hyperbata, quibus διὰ τῆς χώρας dirimitur a πορεύηται atque ὅπλα ab ἔχων.

d) Corollarii loco hoc addam, semel Din. chiasmo usum esse I. 71. De quo cum et accuratissime et rectissime exposuerit Wm. p. 119. lectores illuc delegasse satis habeo. — — — — —

Ad insequentia priusquam transgrederer, in universum pauca praemonenda esse duxi. Discernenda enim sunt de compositione disputaturo κῶλα atque περίοδοι: atque περίοδος quidem comprehendit compluria κῶλα, ideoque κῶλα nominamus singula quaeque periodi membra, singulas quasque sententias. Neque tamen semper opus esse compluria talia κῶλα periodo comprehensa complecti inter omnes constat: sed saepissime etiam unum per se κῶλον enuntiatum efficit; appellantur autem hujus modi enuntiata περίοδοι μονόκωλοι. Itaque duo illustranda sunt, et qualem Dinarchus se praebuerit in periodis struendis i. e. in singulis periodorum κώλοις annectendis, (cf. sub 28) et quomodo totas periodos vel periodos μονοκώλους inter se conjunxerit (cf. sub 27).

Ut autem jam nunc paucis verbis meum de hisce rebus judicium pronuntiem (quod sub 27. 28. satis multis exemplis illustrabitur), utroque munere non bene Dinarchum functum esse affirmaverim: sed in conjungendis inter se et totis periodis et periodorum membris persaepe consuetudinem communem Attici sermonis atque λέξεως κατεστραμμένης quae dicitur scriptorum neglexit. Inveniuntur enim frequentia exempla, ubi sine ulla conjunctione altera periodus alteram sequitur, cum alius scriptor sine dubio particulam quandam copulationis artioris gratia alteri addidisset (cfs. 27, c); frequentissimi autem exstant loci, ubi particulis καί, οὐδέ, μηδέ, ἤ cum totas periodos (cfs. 27. d) tum singula periodorum κῶλα inter se conexuerit, (cfs. 28. a), ideoque ad λέξιν εἰρομένην quae vocatur ejus sermo prope accedat. Quantopere

vero his dicendi generibus laude ne minimum quidem dignis Din. indulserit, non solum e magna illa mole exemplorum elucebit, quae exscripturus sum sub 27. 28. sed etiam, cum de asyndeto atque polysyndeto figuris sub 30. i. k. agemus, copiose et abunde illustrabitur: multis autem locis difficile est, certo distingui, utrum figuras voluerit orator adhibere vel asyndeti vel polysyndeti, aut ejus neglegentiae in periodis struendis et inter se conjungendis conspicuae tribuendae sint sive conjunctiones plane desideratae, sive *καί*, *οὐδέ*, *ἤ* particulae frequentatae.

Dinarchum cum jam ostenderimus et conjunctioni saepe non prospicientem, et particularum *καί* etc. nimis amantem, liceat etiam hic mentionem facere alius Dinarchi consuetudinis non magis laudabilis, quam jam commemoravimus sub 12: justo enim frequentius eum participiis uti bene docuit Schmidtius (Rh. Mus. XV. 1860. p. 232), atque nimis multa participia saepius coacervari sive ita ut particulis *καί* etc. copulentur, sive ut aliud alii — ineptissime interdum (cfs. 12. b) — subiciatur; qua re quam languidae atque inconcinnae interdum periodi existant, vel dilucidissimum fiet in periodorum structura accuratius pertractanda (cf. 28. a).

27) de periodis (vel periodis *μονοκώλοις*) inter se conjungendis.

a) quam hoc Din. non diligenter curaverit, etiam singulis non propositis exemplis inde intelleges, quod parcissime Din. usus est illis particulis, quas elegantiores oratores creberrime adhibent ad copulandas inter se periodos. Exstant enim *ἀλλὰ γάρ* I. 16; *ἀλλὰ μήν* I. 62; *ἀλλ' ὅμως* I. 48; *ἀλλά* simplex LV fere locis, neque tamen saepe periodis conectendis inservit; *ἄρα* I. 57; *γάρ* LVII locis; *μὲν γάρ* I. 9. 27. 59. 90. II. 18. III. 21; *γὰρ δή* I. 60; *δή* I. 75. 79. 82. 83; *δέ* (cf. b. sub *δέ*, *γ*.

ββ); *εἶτα* I. 36. 53. II. 14; *ἔπειτα* I. 2. 49. 96. 102. II. 11. 11. 17. III. 13; *καίτοι* I. 16. 104. II. 9. 25. 26; *μέντοι* I. 52. 57. 59; *οὖν* XVII locis; *μὲν οὖν* I. 10. 91. 114. II. 4; *τοιγάρτοι* II. 26; *τοίνυν* I. 4. 50. II. 17; *μὲν τοίνυν* I. 84.

b) de particulis quaestio cum modo instituta sit, liceat jam hic paucis videre de particulis *μὲν* . . . *δέ* quamvis ad structuram potius periodorum, quam ad copulationem eae spectent: *μέν α*) simplex; *αα*) sequente *δέ* I. 1. 1. 3. 6. 14. 18. 20. 23. 29. 31. 33. 34. 38. 40. 42. 44. 45. 47. 47. 48. 50. 53. 59. 60. 61. 61. 65. 66. 67. 70. 70. 70. 70. 71. 72 74. 76. 76. 79. 81. 82. 84. 85. 88. 89. 90. 94. 95. 97. 99. 104. 111. 111. 112. II. 3. 4. 6. 8. 9. 14. 14. 15. 15. 18. 19. 19. 21. III. 3. 4. 7. 8. 11. 12. 15. 19. 22; *ββ*) sequente *ἀλλά* I. 37; *γγ*) sequ. *ἔπειτα* I. 2. II. 16; *δδ*) sententia respondens desideratur I. 30. 69. III. 5* (cfs. sub 29. a); — *β*) *μὲν* . . . *γὲ* squ. *δέ* II. 2; — *γ*) *μὲν τοίνυν* squ. *δέ* I. 84; — *δ*) *μὲν γάρ αα*) squ. *δέ* I. 27. 59. II. 18; *ββ*) sententia quae respondeat deest I. 9. 90. III. 21; — *ε*) *μὲν οὖν αα*) squ. *δέ* I. 91. 114. II. 4; *ββ*) responsio non curatur I. 10. —

δέ α) praecedente *μέν* (cfs. sub *μέν*, *α*. *αα*; *β*; *γ*; *δ*. *αα*; *ε*. *αα*); — *β*) praecedente *μήν* I. 63; — *γ*) saepius *μέν* non exstat cui *δέ* respondeat: *αα*) post negationem infertur *δέ* pro *ἀλλά* I. 49. 59; *ββ*) facilius *μέν* suo eget particula *δέ*: I. 7. (*οὓς δέ*); 54. (*τοῦτο δέ*); 67. (*τίνας δέ*); 68. (*τί δέ*); 72. (*ἐπιβλέψατε δέ*); II. 3. (*τοῦτο δέ*); 16. (*χρὴ δέ*); III. 5. (*ἐγὼ δέ*): hisce enim locis nonnisi conjungendorum enunciatorum caussa *δέ* ponitur. Quamquam non dubito, quin melior scriptor cum I. 67. 68. scriberet *τίνας δέ*, *τί δέ*, antea I. 66. dicturus fuerit *τί μὲν γὰρ ἐροῦμεν*, *τίσι δὲ ὀφθαλμοῖς κ. τ. λ.* atque II. 3. elegantius sane se haberet *ἅπαντα μὲν γὰρ* . . *συμβέβηκε*, cui responderet *τοῦτο δέ*; *γγ*) magna autem molestia desideratur *μέν*: I. 5* *προορῶσα*

(μὲν) * . . οἰομένη δὲ [18]); 23—24. ὑμεῖς ἔσθ' οἱ διὰ πολλῷ (μὲν) . . . ἐλάττω . . διὰ δὲ τοῦτον; 25—26.* κἀκεῖνοι (μὲν) * . . . οὗτος δὲ . . [18]) 47.* ἐξεληλεγμένος δῶρα (μὲν) . . . ἐξηπατηκὼς δὲ [18]); 70. πλεῖον (μὲν) . . . μηδὲν δὲ; 71.* τὴν (μὲν)* . . . τοὺς δὲ; [18]) 87. Ποσειδῶν (μὲν) . . ὑμεῖς δὲ; 102. φανεροὺς (μὲν) ἐχρῆν . . ὑμεῖς δὲ; 105. παρειλήφατε (μὲν) . . τιμωρίας δὲ; II. 1. πάντα (μὲν) . . θαυμασιώτατον δὲ; III. 18. Τιμοθέῳ (μὲν) . . τὸν δὲ μιαρόν (cfs. I. 14. ubi μέν exstat). Accedit I. 74. ubi verbis πότε δ' αὖ non oppositum est μέν, quod num post τότε (μὲν) τὴν κ. τ. λ. an post ἐγένετο (μὲν) πόλις, an post ἅπαντες (μὲν) κ. τ. λ. aptius inserendum fuerit dubitari potest. Quod igitur attinet ad congruentiam particularum μὲν . . δέ, admodum neglegentem se praebuisse Dinarchum dilucidum est. — Ad ipsam autem rem ut tandem perveniamus primi ii loci in medium vocentur:

c) ubi sine ulla conjunctione periodus altera alteram vel periodus μονόκωλος sequitur; α) mirum non est, postquam scriba recitavit ψηφίσματα, μαντείας, similia, orationem saepe non apposita particula continuari, velut I. 17. (ὁ τοιοῦτος); 28. (μισθωτὸς οὗτος); 84. (ἡ βουλή) etc: hic enim communis omnium oratorum mos est; neque β) vituperandum est, si verbum finitum primum enuntiati locum obtinet, certam copulationem non curari: I. 22. ἀκούσονται . . θεωρήσουσι; 64. μαρτύρομαι; γ) gravius autem hoc ferimus quaestionem rhetoricam saepius sine ulla conjunctione inferri: I. 22. (ἆρ' ὑμῖν δοκεῖ); 45.* (πρὸς τῆς Ἀθηνᾶς); 59. (διὰ τοῦτ' οὐ); 93. (τίς οὕτως); 106. (πότερα ἀφήσετε); II. 23. (οὐκ ἴσθ' ὅτι);

---

[18]) I. 5. 25. 47. 71. Bl. addidit μέν. Injuria: nam profecto non quater modo, sed omnibus his locis sub γγ) coactis μέν coniciendum esset; imprimis autem cum I. 71. scriberet σὲ δὲ τὴν (μὲν) . . . πεπρακέναι, τοὺς δὲ . . . προσποιεῖσθαι, debuit Bl. etiam loco simillimo I. 70. (σὲ δὲ πλεῖον . . εἰληφέναι, μηδὲν δὲ . . κεκτῆσθαι) post πλεῖον addere μέν. Verum nusquam μέν inserendum est.

III. 7. (οὐκ ἀποκτενεῖτε): ubi quamquam accuratius elegantiusque se haberet οὖν particula vel similis inserta, tamen hanc quidem neglegentiam[19]) Dinarcho libentius condonabimus, quoniam quaestiones rhetoricae sermonis sunt concitati atque ideo ne ab aliis quidem oratoribus anxie curantur. —

δ) saepe Din. ad aliam rem transiens quasi ab integro incipit particula nulla apposita: atque ne hoc quidem gravissimis ego delictis annumeraverim, quoniam novum aliquid orator aggreditur atque facile eum nobis fingere possumus antea intersistentem atque quasi animam reciprocantem. Attamen hoc tenendum est, optimos oratores etiam in talibus transitibus plerumque quidem aut certa quadam transitionis forma uti (cf. sub 31) aut particulas — creberrime omnium τοίνυν — indere: collegi ego mihi omnia ejusmodi exempla e Demosth. orationibus XVIII. XX. XXIII., quattuor autem modo reperi locos ubi ad novum aliquid transiens particulam inserendam

---

[19]) Miror vehementissime, Blassium I. 45. (ἆρ' οὖν) πρὸς τῆς Ἀθηνᾶς οἴεσθε κ. τ. λ. suadere ut scribatur. Etenim ἆρα addi non solum necessarium non esse, verum etiam plerumque a Din. praetermitti solere et nobis comprobatur sub 30. s. β. γ. neque Bl. videtur ignorare, quippe qui nullo alio loco particulam interrogativam addiderit. Particula autem οὖν vel maxime interrogationes rhetoricas carere modo compluribus exemplis planum fecimus (sub 27. c. γ.) ac ne Bl. quidem alias οὖν inseruit. — [Sed etiamsi non interrogat Din. quam libenter absque conjunctione enuntiata exhibeat, multis exemplis sub 27. c. ε. illustrabimus (accedit 27. c. δ): ex hac locorum multitudine quamvis satis superque intellegatur hance neglegentiam Dinarchi esse neque ab eo ullo modo abjudicari posse, tamen Bl. multorum illorum locorum tribus copulationem conjectura efficit: I. 80. ἐπειδὴ (γάρ); 88. (ὁ) εἰ μέν; 113. (ἀλλὰ) τιμωρήσασθε. Atque I. 80. 88. vulgatam retinendam esse unicuique multa illa exempla contemplato dilucidum erit, I. 113. autem ne Demosthene quidem indignum fuisse puto, puncto antea posito judices brevi hoc enuntiato inclamare: τιμωρήσασθε ὑμῶν αὐτῶν καὶ τῆς πόλεως ἀξίως.]

neglexit: XVIII. 285. XX. 157. XXII. 65. 126. Dinarchi autem multo plura sunt: I. 18. (*οὐκ ἀποκτενεῖτε*); 37. (*οὐκ ἀναμνήσεσθε*); 41. (*οὐκ αἰσχύνεσθε*); 46. (*πολλοί*); 50. (*ἀνάγκη*); 72. (*ᾧ Ἀθην.*); 89. (*ἔγραψε*); 91. (*πολλούς*); 105. (*ὁρᾶτε*); 108. (*οὐ καταπληκτέον*); II. 5. (*ἆρ' ἴστε*); III. 6. (*οἴεσθε τοῦτον*). Particulas autem nusquam addidit nisi I. 10. (*δίκαια μὲν οὖν*); et III. 11. (*μὴ οὖν*).

ε) molestissime autem feruntur particulae neglectae hisce locis: αα) desideratur *γάρ;* accuratius enim vel aliquid explicatur, quod antea jam dictum est, vel exemplo prolato illustratur: I. 23. *ὑμεῖς ἔσθ' οἱ κ. τ. λ.* 28. *οὗτος ἦν;* 32. *ἀπῆρε;* 73. *τότε τήν;* 74. *τότε διὰ κ. τ. λ.*; 76. *τότε ὦ Ἀθ;* 85. *ταὐτό;* 105. *παρειλήφατε;* 114. *οὐκ ἐγκαταλ;* III. 21. *ὑπὲρ πάσης κ. τ. λ.* ββ) desideratur *οὖν*: I. 6. *τούτων . . πεπραγμ;* 36. *ἐκεῖνοι . . ἦσαν;* 40. *τοιούτων;* 57. *τούτους ὑμεῖς;* 59. *αὕτη;* 81. *τοιοῦτος;* 98. *γόης*; 102. *φανερούς*; apud adhortationes: I. 29. *μὴ ἀφῆτε*; 88.* *εἰ μέν* [19]); 110. *εἰς ταύτην*; II. 5. *μὴ καταῤῥαθυμήσητε.*

d) particula *καί* justo crebrius Din. periodos et majores et *μονοκώλους* inter se conjungit: hoc α) non displicet, si mirabile quid fingitur, velut I. 14. *καὶ Τιμοθέῳ*; 25. *κἀκεῖνοι*; 33. *καὶ ταῦθ' ὑμεῖς*; 44. *καὶ τοῦτον*; II. 14. *καὶ ὁ μέν*; II. 15. *καὶ Δημάδῃ*; III. 15. *καὶ ὁ μέν*; β) sed ineptius saepe *καί* scribitur a Dinarcho pro *δέ*, *οὖν*, simill: I. 39. *καὶ ἐξελθόντων* (cf. 29, a); 51. *κἂν ᾖ ταῦτα ἀληθῆ*; 63. *καὶ ποῦ*; 69. *καὶ πότερον*; 70. *καὶ ποῖ*; 72.* *καὶ τίνων*; 103. *καὶ σύ*; 110. *καὶ ὅταν*; 112. *καὶ ὅταν*; II. 8. *καὶ τίς*; 10. *καὶ ταῦθ' ὑμεῖς*; 15. *καὶ τίς . . ἐγκαλ*; 85. *καί μοι σκοπεῖτε*; III. 4. *καὶ ὁ μέν.*

Satis opinor multis his exemplis perspicuum factum erit, quam nec diligentem, nec elegantem se praestiterit Din. in periodis inter se copulandis. Quod idem judicium faciamus de Din. oportebit, si

28) in struendas periodos uberius inquisiverimus.

De periodis autem brevioribus, quae duo vel tria tantum *κῶλα* continent, me prorsus taciturum esse, vix est cur annotem: est enim etiam illarum — nisi judicium me meum fallit — non mediocris numerus, qui displiceat; sed in periodis his simplicioribus difficillimum plerumque erit certis rationibus constituere, curnam displiceant. De longioribus autem periodis fere semper certis verbis definiri poterit, quid disciplíceat, quid placeat. Posuimus autem jam supra duo potissimum, quae compositionis Dinarcheae propria sint eleganti sermone indigna: et participiorum nimium studium et amorem particularum *καί*, *οὐδέ*, *μηδέ*, *ἤ*. Voculae autem *μὲν* .. *δέ*, quas vel libentissime scriptores Attici usurpant periodos constructuri, rarius apud Din. obviam fiunt: si autem eis Dinarchus utitur, comprobavimus sub 27. b. non uno tantum loco aut *δέ* particulae deesse *μέν*, aut sine *δέ* legi *μέν*. Quibus rebus periodi obscurae videlicet existunt et saepe praelongae: quid? quod haud raro inveniemus Dinarchum ipsum vel quid ipse antea dixisset oblitum in anacoluthiam delapsum esse, vel certo consilio de constructione instituta aberrasse, cum ei ipsi nimis longa atque incondita videretur periodus esse atque metueret, ne audientes plane non intellegerent, quid sibi vellet (cfs. 29. a).

a) deteriores liceat primum nonnullas periodos proponere:

I. 4. (A) 1) *ψηφισαμένου* .. *δήμου* .. *καὶ* 2) *πολιτῶν* ... *βουλομένων εὑρεῖν* (*τίνες εἰσὶ* .. *οἱ τολμήσαντες* ..) *καὶ* 3) .. *ψήφισμα γράψαντος* [a] *σοῦ καὶ* [b] .. *ἑτέρων* .. (*ζητεῖν* .. *εἴ τινες εἰλήφασι* ..) (B) *ζητεῖ ἡ βουλὴ* 1) [a] *οὐκ* .. *μαθοῦσα* .. *οὐδὲ* .. [b] *βουλομένη* 2) *ἀλλὰ* ... [a] *προορῶσα* .. *οὐκ οἰομένη δὲ* .. (*εἴ τις μέλλει* ..)

I. 6. (A) *τούτων πεπραγμένων* (B) 1) *αἰτίαι* .. *ἥκουσι* (*ἐπειδὴ* ... *ἀποπέφανται*) 2) *καὶ ἡ βουλή* [[a] *ἀξιόπιστος*

οὖσα . . εὑρεῖν καὶ b) κυρία α) δικάσαι . . καὶ β) αα) τοῖς μὲν . . . βοηθῆσαι ββ) τοὺς δὲ . . ἐκβαλεῖν ἢ . . ζημιῶσαι] ἄκυρος ἔσται.

I. 14. (A). Τιμοθέῳ μὲν [1) περιπλεύσαντι . . καὶ 2) νικήσαντι . . καὶ . . 3) υἱεῖ . . ἐλευθερώσαντος . . καὶ 4) λαβόντι] a) α) οὐκ ἐποιήσ. . . . οὐδὲ β) . . ἀντικατηλλάξασθε . . b) ἀλλὰ . . ἐτιμήσασθε (ὅτι . . ἔφη) (B) τὸν δὲ κατάπτυστον [1) ὃν . . ἀποπέφαγκε . . (ἔχειν) . . καὶ 2) ὃς a) ἀποπέφανται (α) μισθαρνῶν καὶ β) δωροδοκῶν) καὶ . . b) ἐξελήλεγκται] ποιήσετε [3) ὃς . . οὐκ . . a) εἰληφὼς . . φανερός ἐστι, ἀλλὰ . . b) κεχρηματισμένος, 4) ὁ . . ἀποσχόμενος cfs. 29. a].

I. 25. (A). κἀκεῖνοι [a) καταλελυμ. . . . δημοκρατίας καὶ b) συνάγοντος . . καὶ c) Λακεδαιμονίων; α) ἰσχυόντων καὶ β) ἀπαγορευόντων (αα) μηδένα ὑποδέχεσθαι ββ) μηδὲ . . ἐκπέμπειν)] 1) συνέπραττον . . καὶ 2) . . ἐψηφίσαντο (περιορᾶν) (B) οὗτος δὲ [ὁ παρέχων] 1) οὐδὲν . . ἔπραξεν οὐδὲ 2) ἠθέλησε.

I. 40. 1) ἐκεῖνοι ἦσαν . . 2) οὐ κινάδη [οἳ a) α) πεποιήκασι μὲν . . β) οὐδὲ πράξουσι b) τὴν δὲ (αα) τηροῦντες . . καὶ ββ) ἀργυριζόμενοι . . καὶ γγ) πεποιηκότες . . καὶ δδ) εἰλημμένοι) α) παρακρούονται . . καὶ β) ἀξιοῦσι.],

I. 46—47. θεωροῦσι I. πῶς . . δικάσετε καὶ II. 1) πότερον . . ποιήσετε 2) ἢ . . a) ἔξεσται . . (λαμβάνειν) . . καὶ b) γενήσεται [α) ὃν . . προσῆκεν (ἀπολωλέναι) . . β) ὃς . . καθέστηκεν αα) ἐπιωρκηκὼς μὲν . . .
ββ) κατάρατος δὲ γενόμενος
ἐξεληλεγμένος 1) a) δῶρα εἰληφὼς
b) ἐξηπατηκὼς δὲ καὶ
2) a) α) ἕτερα μὲν λέγων
β) ἕτερα δὲ φρονῶν,
b) ἰδίᾳ δὲ συμβεβουλευκώς].

I. 70. καὶ ποῦ τοῦτ᾽ ἐστὶ δίκαιον 1) τοὺς a) μὲν . . εἰσφέρειν, σὲ b) δὲ . . α) ἁρπάζειν καὶ β) κλέπτειν 2) καὶ τοὺς a) μὲν . . α) κεκτῆσθαι . . καὶ β) εἰσφέρειν, σὲ b) δὲ

α) πλεῖον . . (αα) τὰ μὲν . . . ββ) τὰ δὲ . .) εἰληφέναι, β) μηδὲν δὲ αα) κεκτῆσθαι, ἀλλὰ ββ) διεσκευάσθαι (ὡς οὐ πιστεύοντα), 3) καὶ . . τοὺς a) μὲν νόμους προλέγειν . . α) παιδοποιεῖσθαι . . β) κεκτῆσθαι . . γ) παρακαταθέμενον . . προεστάναι, σὲ b) δὲ . . α) πεπρακέναι . . τοὺς β) δὲ . . προσποιεῖσθαι . . γ) ἐπιτάττειν δὲ . . στρατεύειν . . (λιπόντα).

I. 77. διόπερ 1) δεῖ a) μὴ κοινωνεῖν . . b) μηδ' . . ἔχειν . . c) μηδ' οἴεσθαι . . 2) ἀλλὰ . . (λαβόντας) . . [α) τὸν . . εἰλημμένον . . β) τὸν . . ἀπεχόμενον . . γ) τὸν . . ἐμβεβληκότα . . δ) τὸν . . ἀλιτήριον] (ἀποκτείναντας) δεῖ a) ποιῆσαι . . καὶ b) ἐᾶσαι (μεταβαλέσθαι) καὶ c) προσδοκῆσαι (πράξειν).

I. 94. ἐῶ γὰρ τἆλλα 1) ὅσα a) μεταβαλλόμενος . . καὶ b) δημηγορῶν . . διατετέλεκε . . καὶ c) τοτὲ α) μὲν αα) γράφων καὶ ββ) ἀπαγορεύων . . (νομίζειν), τοτὲ β) δὲ λέγων (ὡς οὐ δεῖ . . ἀμφισβητεῖν) . . 2) ὅταν δὲ μέλλῃ . . a) εἰσαγγέλλων (συνιέναι) . . καὶ b) ἀναιρούμενος . . 3) ἐν δὲ . . a) α) προσάγων καὶ β) κατασκευάζων . . (ὡς ἐπιβουλευομένων τῶν ν.) . . καὶ b) περὶ τούτων α) γράφων μὲν . . . β) αἰτίας δὲ . .

I. 103. καὶ σὺ [a) διειλεγμένος . . καὶ b) κεχρηματικὼς] . . κατασκευάζεις (προδ. ὢν) (ὡς 1) ἐπιμελησομένους . . καὶ 2) οὐ δώσων . .) τοσούτου τολμηρότερον Δημάδου ὥσθ' I. ὁ μὲν [α) προειρηκὼς . . καὶ β) ὁμολογῶν . .] ὅμως οὐ αα) τετόλμηκε (δεῖξαι) . . οὐδὲ ββ) ἠξίωσε . . II. σὺ δὲ . . α) πεπίστευκας . . καὶ β) καταπεφρόνηκας (ὥστε πείσειν οἴει . . ὡς . . . αα) κατέψευσται . . καὶ ββ) ἀποπέφαγκε).

III. 1. χρήσεσθε τῇ τούτου πονηρίᾳ ὃς [. . 1) ἐξεληλεγμένος . . καὶ 2) ἐψευσμένος (φάσκων . . κωλύσειν . . καταπλεῦσαι [κεχειροτονημένος]) καὶ 3) τολμήσας (λαβεῖν) . . καὶ 4) ἐπιωρκηκὼς . . καὶ 5) γράψας . . καὶ 6) τιμησάμενος (ἐὰν εἰλήφῃ)] . . ἐτόλμησεν εἰς τοὺς εἰδότας (. . ἐξεληλεγμένον ἑαυτὸν [. . γεγενημένον]) a) ἐλθεῖν καὶ b) δεῖξαι (οὐ . . πιστεύων . . ᾖ χρώμενος πρότερον

α) μὲν ἠξίωσε [καταφρονήσας] . . λαβεῖν, νυνὶ β) δὲ . . ἀπολογησόμενος ἥκει (ὡς . . διαπέπρακται)).

III. 12. ὃς [(τρὶς α) μὲν . . ἱππαρχηκὼς . . πλεονάκις β) δὲ . . . κεχειροτονημένος [οὐκ ἄξιος ὢν]) a) τιμώμενος καὶ b) ζηλούμενος] . . 1) αα) ἀπέδοτο καὶ ββ) προέδωκε . . καὶ 2) . . κατέστησεν . . καὶ 3) ἐποίησε.

Pessime autem omnium harum quas exscripsi sese videntur habere I. 14. 46—47. 70. 94. III. 1. sive nimis frequentatis participiis, sive justo saepius per *καί* particulam colis singulis conjunctis. Deterrimas autem periodos etiam sub 29. a. nonnullas cognoscemus.

b) Sed ne injustum me Dinarcho praebeam, enumerare saltem liceat locos nonnullos, ubi melius periodis construendis videtur consuluisse. Atque tam splendidas quidem periodos, quam saepe confecerunt Demosthenes, Isocrates, alii, tenendum est frustra in Dinarcho requiri; attamen inveniuntur, quae etiam Demosthene non indignae sint.

I. 1—2. (πολλῶν δ' ὑπὸ Στρατοκλ. . . . κρινομένου λόγων); 27. (τοὺς μὲν γὰρ . . δόξαις); 48—49. (ἀλλ' ὅμως . . . τολμῶν); 53—54. (εἶτ' οὐ δεινὸν . . . μετείληφε τῶν ψήφων); 60. (ἀλλ' οἱ νόμοι . . τολμῶσι ποιεῖν); 91—92. (εἰ μὲν οὖν . . . φενακισμοὺς τούτου); 99. (πῶς οὖν . . τοῖς τούτων λόγοις); II. 6. (πότερα . . . ἐργαζομένων); 9—10. (καίτοι . . ἀπαχθῆναι); 18. (ἀντὶ μὲν γὰρ . . ἐκτέτικεν); III. 8. (ἆρ' ἴστε . . . τιμωρίαν).

c) de locis quinque I. 32. 33. 33. 58. 105. ubi cum periodum bene construere liceret, Dinarchus ἀσυνδέτως singula κῶλα projecit cfs. 30. k. β. γγ. Passim autem hoc dicendi genus etiam ab aliis oratoribus usurpatum esse nominem fugiet.

29) de inconcinnitate et de anacolutho.

a) constructio instructa oratione progrediente pessumdatur:

I. 15. *τὸν δὲ κατάπτυστον . . οὐ τιμωρησάμενοι παράδειγμα ποιήσετε . . ὃς οὐ μόνον . . . εἰληφὼς . . φανερός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ . . κεχρηματισμένος, ὅ . . . ἀποσχόμενος*: recte se haberet aut enuntiatum relativum *ὃς . . ἀπέσχετο*, aut *τὸν . . ἀποσχόμενον*; perturbabatur autem orator verbi *τιμωρησάμενοι* oblitus participiis *εἰληφώς*, *κεχρηματισμένος*, quippe quae nominativum casum prae se ferrent.

Similia sunt III. 14. *αἰσχρὸν γὰρ ἀπειπεῖν τιμωρουμένους ἐστὶ . . . ἑωρακότες* (*ἑωρακότες* enim non ad *θεοί* referendum esse elucet e verbis eis quae insequuntur *τὸν δῆμον . . . ἐν ὑμῖν δοῦναι*) III. 19.* *χρὴ λογισαμένους ὑμᾶς πάντας . . μισεῖν, ἀνελεῖν . . καὶ δεῖξαι . . . εἰδότες*.* [20])

I. 18—20. Haud scio an hunc inelegantissimum totius Dinarchi locum habeamus: periodum enim hanc tam perperam construxit, ut ipsum videatur post *γινομένας* (extr. § 19) quasi spiritus defecisse; quare non sic continuavit sermonem: *καὶ τούτοις ἑτοίμων γενομένων* κ. τ. λ. sed *ἀνακολούθως* quasi ab integro incepit: *οἷς ἑτοίμ. γεν.* atqne de novo dixit *τῶν Ἀρκάδων* atque de novo sibi

---

[20]) *οὐδὲ δουλεύει ταῖς δόξαις εἰδότες κ. τ. λ.* bene habent codd. (nisi quod LZ *εἰδότας* praebent). Atque primum quidem Bl. exhibuit cum Aldina *οὐδὲ δουλεύειν* ita ut infin. spectet ad *ὑμᾶς πάντας*; quam conjecturam ne tolerabilem quidem puto ea de caussa, quia cum antecedant infinitivi *μισεῖν . . καὶ δεῖξαι* negationem non continentes, non liceret *οὐδὲ δουλεύειν* scribere, sed *καὶ οὐ δ.* postularetur. *εἰδότες* autem ne e constructione *κατὰ σύνεσιν* ad *τὸ τοῦ δήμου πλῆθος* applicemus, sententia suadet atque recte rettulerunt editores ad *ὑμᾶς πάντας*, ad judices. Neque tamen eam ob caussam opus est *εἰδότας* scribere; namque accusativo cum infinitivo etiam alias nominativum participii anecti illustravit Mr. (ann. ad III. 14. in commentario) atque eo ipso loco III. 14. Bl. *ἑωρακότες* in textu reliquit.

subjectum finxit in § 21. *ὁ μιαρὸς οὗτος κ. τ. λ.*, quamvis subjectum jam exstet in § 18: propria enim verborum structura haec est: *οὐκ ἀποκτενεῖτε τὸν μιαρὸν τοῦτον ἄνθρωπον, ὃς · · περιεῖδε · · καὶ* [*Ἀρκάδων ἡκόντων κ. τ. λ. καὶ τούτοις ἑτοίμων γενομένων · · καὶ τοῦ στρατηγοῦ · · ὄντος · · καὶ τῶν πρεσβευτῶν · · · ἐλθόντων*] *οὐκ ἐτόλμησε δέκα μόνον τάλαντα δοῦναι.* — Sed quam prava sit totius periodi dispositio, ut clare possit explicari, liceat mihi jam anacoluthiam illam mittere, atque facere Dinarchum et in initio § 20. scripsisse *καὶ τούτοις ἑτοίμων γενομένων* neque adjecisse cum illud alterum *τῶν Ἀρκάδων* in § 20, tum illud *ὁ μιαρὸς οὗτος κ. τ. λ.* (§ 21). Est structura haec: *οὐκ ἀποκτενεῖτε · · · ἄνθρωπον, ὃς* I. *περιεῖδε · · (λαβὼν)* II. *καὶ* (A). [1) *Ἀρκάδων* [a] *ἡκόντων · · καὶ* [b] *τὴν* [α] *μὲν · · ἀποστειλάντων, τὴν* [β] *δὲ · · · προσδεξαμένων παρὰ Θηβαίων* [*οἳ ἀφίκοντο* [aa] *ἔχοντες · · ·* [bb] *ἐροῦντες · · (ὅτι · · ἐπανέστησαν* [αα]) *οὐ* [ααα]) *βουλόμενοι · · · οὐδὲ* [βββ]) *πράξοντες · · ·* [ββ]) *ἀλλὰ · · · δυνάμενοι · ·* [ααα]) *φέρειν · · ·* [βββ]) *οὐδὲ ὑπομένειν · · ·* [γγγ]) *οὐδὲ · · ὁρᾶν*)] *καὶ* [c] *τούτοις · · ·* [α]) *γενομένων · · καὶ* [β]) *ἐλεησάντων · · καὶ* [γ]) *ποιησάντων* (*ὅτι ·* [αα]) *τοῖς μὲν · · ἠναγκάζοντο* [ββ]) *τοῖς δὲ · · ἦσαν*), 2) *καὶ Ἀστύλου* [a] *ὄντος · · καὶ · ·* [b] *αἰτοῦντος* (*ὥστε · · ἀγαγεῖν*), 3) *καὶ πρεσβευτῶν · · ·* [a] *ἐλθόντων* (*ὃν · · ᾔδεσαν*) [b] *καὶ · · δεομένων καὶ · ·* [c] *ἱκετευόντων* (*δοῦναι*)] (B) [α]) *οὐκ ἐτόλμησε · · (δοῦναι) · · (ὁρῶν) ἀλλὰ* [β]) *περιεῖδε* (*δόντας ὑπὲρ τοῦ* [αα]) *ἀπελθεῖν · · καὶ* [ββ]) *μὴ βοηθῆσαι*). Quid tali periodo inveniri potest molestius?!

I. 35—36. 1) *περιῄεις · · (κατασκευάζων) · · 2) καὶ* [[a] *γράφων · ·* [b] *καταισχύνων · · (ἀναψάμενος)*] *περιεπορεύετο* ([α] *τρυφῶν · · καὶ* [β]) *κατακομιζόμενος · · καὶ* [γ]) *ὀνειδίζων*): e secunda persona in tertiam transit, ex apostropha igitur quae dicitur ad simplicem narrationem.

I. 39. (A). *οἱ μὲν · · φρουρουμένης · · Καδμείας βοηθήσαντες ἠλευθέρωσαν*, (B) *οἱ δὲ πείσαντες ἐξελθεῖν*

[*Κεφάλου . . γράψαντος* (*ὃς* 1) *οὐ καταπλαγεὶς* . . 2) *οὐδὲ . . λογισάμενος, ὅτι . . ἔστιν, ἔγραψεν ἐξιέναι βοηθήσοντας Ἀθηναίους*)]: jam exspectamus verbum finitum subjecto *οἱ δέ* respondens: *ἐξέβαλον* vel simile; sed per anacoluthiam pergitur: *καὶ ἐξελθόντων . . τῶν . . πατέρων . . ἐξεβλήθη κ. τ. λ.*

I. 43.* Scriptum exstat: *προῖκα τοῦτον οἴεσθε γράψαι* 1) [a] *τὴν . . σίτησιν καὶ . .* [b] *εἰκόνα* 2) *ἢ τὸ ποιῆσαι* . 3) *ἢ τὸ . . στῆσαι* (*παρ' ὧν . . ἀποστέλλονται . . φήσοντι*); hactenus cuncta recte procedunt; sed jam sequitur 4) *ἢ τὸ γράψαι.* Quid hoc: *γράψαι τὸ γράψαι?* Scripsit orator hic (§ 44) *ἢ τὸ γράψαι* verborum antecedentium immemor, quasi supra in § 43 non dixisset: *προῖκα τοῦτον οἴεσθε γράψαι* sed *προῖκα τοῦτον οἴεσθε ὑποσχέσθαι* (vel simile aliquid) *τὴν σίτησιν, τὴν εἰκόνα, τὸ ποιῆσαι, τὸ στῆσαι, τὸ γράψαι.*

I. 69. *τοὺς μὲν ἄλλους . . εἰσφέρειν . . καὶ καταχωνεύειν . . ὥσπερ ἔφησθα σὺ γράψειν* — jam vero non continuatur sermo *σὲ δὲ . . εἰσφέρειν*, sed pergit Din. *αὐτὸς εἰσενεγκών*, participium *εἰσενεγκών* subjiciens verbo proxime antecedenti *ἔφησθα*. Simile est

III. 5*: sed in I. 69. sententia illa secundaria, quae desideratur, latet in verbis *αὐτὸς εἰσενεγκών* ex iisque potest subaudiri; hoc autem loco III. 5. non intellegitur nisi e tota sententia: *περὶ μὲν τῆς τιμωρίας ὑμᾶς δεῖν . . δικάσαι κ. τ. λ.*; fingendum autem est ex iis, quae praecedunt, fere hoc: *περὶ δὲ τῶν ἀποφάσεων οὐκ οἶμαι κρίνεσθαι* vel tale aliquid; atque videtur igitur Din. quasi anticipasse hoce enuntiatum, cum antea diceret *οὐ τὰς ἀποφάσεις οἶμαι νῦν κρίνεσθαι κ. τ. λ.* (cfs. 27. b. sub *μέν, α. δδ.*)

I. 72—73*: leve anacoluthon his verbis inest; namque quaerit Din. *τίνων τυχοῦσα ἡγεμόνων*; respondet

autem ὅτε . . ἡγεῖτο, quasi antea interrogasset: πότε ἐγένετο μεγίστη; [21])

I. 84.* εἰς τὰς ὑμετέρας ἥκει χεῖρας, τοὺς* . . . συνειλεγμένους* καὶ τοὺς* ὀμωμοκότας*: debuit scribere τῶν συνειλεγμένων etc., sed putavit sese antea scripsisse εἰς ὑμᾶς ἥκει (cfs. 15. a).

II. 17. ἀνακρίναντες τοὺς . . μέλλοντας διοικεῖν, τίς ἐστι etc. (pro τίνες εἰσί) et III. 1.* τί χρὴ λέγειν περὶ τοιούτων ἀνθρώπων, ὅπως* χρήσεσθε τῇ τούτου πονηρίᾳ [22])

III. 18. exstat anacoluthon omnium difficillimum; verbis enim τὸν δὲ μιαρὸν ἄνθρωπον καὶ προδότην omnino deest verbum finitum. Desideravimus quidem jam supra I. 39. verbum finitum, sed illic leguntur tamen e quibus verbum possimus animo nobis fingere (καὶ ἐξελθόντων ἐξεβλήθη); hic vero non fingere possumus nisi et e sententia et e loco simillimo I. 15. οὐ τιμωρησάμενοι παράδειγμα ποιήσετε.

b) huc referenda esse existimavi etiam illa liberiora dicendi genera neque satis concinna, quae inveniuntur I. 113.* εἰς ὑμᾶς αὐτοὺς καὶ τὸν δῆμον τὴν

---

[21]) Cur πότε ante καὶ τίνων sibi finxerit Bl. caussam ego justam non video: anacoluthon non est nimis molestum.

[22]) ὅπως non commutandum esse persuasum habeo. Nam si scriptum esset τί χρὴ λέγειν περὶ τοιούτου ἀνθρώπου ὅπως χρήσεσθε τῇ τούτου πονηρίᾳ (vel πονηρίᾳ αὐτοῦ) non tanto opere offenderent viri docti (cfs. III. 5. περὶ μὲν τιμωρίας δεῖν . . . δικάσαι, πότερα δεῖ κ. τ. λ.). Sed orator primum quidem de omnibus illis ab Harpalo corruptis verba faciens plurali utitur, tum indiligentius singularem subjungit. Hujus autem pluralis numeri cum singul. permixtionis simillimum exemplum est II. 17. ἀνακρίναντες . . . τοὺς μέλλοντας . . . τίς ἐστι κ. τ. λ. Χρήσεσθε τῇ τούτου πονηρίᾳ autem idem fere valere, quod χρ. τῷ πονηρῷ τούτῳ ἀνθρώπῳ (cfs. I. 22. ὅπως χρῆσθε τῷ τοιαῦτα διαπεπραγμένῳ) dilucidum est. Itaque paullo liberius sic verba vernacule reddiderim: „was brauchen wir, wenn es sich um solche Menschen handelt, davon zu reden, wie ihr gegen diesen schlechten Kerl zu verfahren habt!“

τούτων δωροδοκίαν τρέψετε, κἂν ὕστερον ἐγκαλῆτε* τοῖς ἀφεῖσιν; τρέψουσι* enim hoc ipso tempore, judicium de Demosthene facientes: itaque audacius subjungitur *κἂν ὕστερον ἐγκαλῆτε.* Obversatur autem oratoris animo eventus *τοῦ τρέπειν* i. e. damnum: „ihr selbst und das Volk werdet (späterhin) den Schaden von der Bestechlichkeit der Angeklagten haben, auch wenn ihr dann (späterhin) Vorwürfe macht etc.“

III. 7. *αὐτὸς μὲν δίκαιος καὶ χρηστὸς καὶ ἀδωροδόκητός ἐστιν, ἡ δὲ . . βουλὴ ταῦτα πάντα προεῖται:* etenim *ταῦτα πάντα* infert quasi antea dixerit *δικαιοσύνη, χρηστότης, ἀδωροδοκία.*

c) anacolutho et ii loci tribuendi sunt, ubi subjectum bis dicitur: I. 5. *ζητεῖ ἡ βουλή, οὐκ . . μαθοῦσα . . οὐδὲ . . βουλομένη . . ἀλλὰ . . προορῶσα ἡ βουλή κ. τ. λ.*; II. 6.* *πότερ' ἡ τῆς βουλῆς ἀπόφασις . . . δικαία ἔσται ἡ κατ' Ἀριστογείτονος ἀπόφασις** [23]). Objectum bis dicitur: II. 10. *ἀλλὰ κλέπτην ληφθέντα . . . εἰς ἐκεῖνον ἂν τοῦτο τὸ θηρίον ἀπαχθῆναι.*

B. de ornamentis orationis.

30) de figuris [24])

taederet me fusius exponere operamque tot exemplorum congerendorum suscipere, nisi cum in struendis periodis

---

[23]) Non eiciendum est *ἡ κατ' Ἀριστ. ἀπόφασις* cum Bl.

[24]) Cum jam perfecta esset haec commentatio, tradita mihi est dissertatio inauguralis Finki „quaestiones Dinarcheae“ (Gryphiswaldae MDCCCLXXIII). Quae quinque continet partes: I. de vocabulis Dinarcheis; II. de figuris; III. de compositione; IV. de inventione et dispositione; V. de imitatione. Neque tamen ea, quae ego disserueram de vocabulis Dinarcheis et de figuris (sub 30), [de compositione enim exponens nil eorum Finkius tangit, quae ego sub 26. 27. 28. 29. protuli], typographo tradere dubitavi: etenim ego quidem exempla usque quaque studui omnia cum lecturis communicare, Finkius satis habuit nonnulla attulisse: neque tamen vituperationi hoc sit; quamquam de vocabulis Di-

atque inter se conjungendis Dinarchum neglegentiae arguissemus, non omnis orationum cultus atque ornatus eum rudem esse illustrare voluissem. Atque figuris tantum abest ut Dinarcheae orationes careant, ut vel maxime abundent.

Figurae verborum a) ἐπανάληψις I. 10. (δίκαια); 27. (μόνως); 28. (μισθωτὸς οὗτος); 29. (μὴ ἀφῆτε); 40. (ἐκεῖνοι); 46. (πολλοί); 76. (τότε); 85. (μή); III. 22. (ἀκριβῶς).

b) ἀναφορά (repetitio). I. 9. (ᾧ, ᾧ, ὅ, ὅ); 12. (ἐγώ) (οὐκ); 23. (ὑμεῖς); 28. (οὗτος); 33. (οὐ); 41. (οὐκ); 43—44. (ἢ τό); 72. (ἐγένετο); 73. (τότε); 77. (τόν); 82. (ἐν); 93. (τίς); 99. (πῶς); 100. (οὐ); 102. (οὐκ); II. 11. (ἔπειτα); 12—13. (οὐκ); 17. (εἰ); 20. (τούτου); III. 10. (οὗτος).

c) ἐπιφορά (conversio) I. 56. (ἀπέφηνε).

d) παρονομασία (annominatio): I. 7. (ἀληθές, ἀσφαλές); 39. (ἐξελθ. ἐξεβλήθη); 42. (μετέγρ. μετεσκ.); 48. (συνηγορῶν, κατηγορῶν); 71. (παιδοποιεῖσθαι κατὰ τοὺς νόμους, προσποιεῖσθαι παρὰ τοὺς νόμους); 85. (αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ); 88. (τήμερον ἡμέρα cf. 107. II. 3); 92.* (στερκτέον, προσεκτέον,* προσδεκτέον); 92. (μετοιων. μεταλλάξ.); 97. (ἄπιστον, ἄχρηστον); II. 2. (καινόν, δεινόν); 3. (κωλῦσαι, κολάζων); 13. (ἐνδειχθείς, ἐξελεγχθείς, παραδοθείς); 20. (προέσθαι, προδοῦναι); 21. (ἀποφάσεων, προφάσεις); III. 1. (χρή, χρήσεσθε); 7. (ἀποκτενεῖτε, ὑπομενεῖτε); 9. (λήσειν, λήψεσθαι); 12. (πλεονάκις, δεκάκις).

e) σχῆμα ἐτυμολογικόν I. 2. (ἀγωνιζομένοις ἀγῶνα) 4. 10. 16. 47. 52. 69. II. 1. 10. 17. III. 2. 21. etc.

---

narcheis disserturo fragmenta sine dubio non neglegenda erant). — Summo autem cum gaudio cognovi, quod ego duce Scheibio conjeceram I. 105. scribendum esse παρειλήφατε παρὰ τοῦ δήμου τὸ πρᾶγμα τὸ γεγενημένον εἰδότες (cfs sub 20. a), idem etiam Finkium conjectura assecutum esse.

f) πολύπτωτον (traductio) α) conjunguntur varii nominum casus: I. 2. (κοινά, ήν); 31. (καιροῖς, ούς); 35. (κινδύνους, ων); 48. (ἀποφάσει, εως); 58. (βουλήν, ή); 59. (οὖσα, ης); 61. (σεαυτοῦ, οῦ, ῷ); 63. (ἀποφάσει, εις); 69. (ἄλλοις, ων, ους); 69. (ἰδίων, ον); 70. (φανεράν, όν); 75. (πόλεως, ις); 82. (Δημοσθένης, ους); 93. (τοσαύτης, ην); 98. (μαντείας, αν); 99. (συμφερόντων, α); 102. (λέγοντες, ας); 111. (δόξαν, ης); II. 1. (βουλῇ, ή); 2. (δεινόν, ά); 8. (πατρός, έρα); 17. (δήμῳ, ου); 19. (ὑμεῖς, ῶν); 23. (χρήματα, ων); 25. (δῆμος, ου); III. 10. (πλείονος, ω); 13. (τοιαῦτα, τοιοῦτοι); — β) verborum formae diversae permiscentur: I. 1. (ἐξελεγχθῇ, ἐξελήλεγκται); 7. (ποιεῖν, πεποίηται); 15. (ἀποπέφαγκε, ἀποπέφανται); 27, (πυθέσθαι, πυνθάνονται); 39. (γράψαντος, γράφειν ἔγραψε); 39. (ἐξελθεῖν, ἐξιέναι, ἐξελθόντων); 40. (εἰλημμένοι, εἰληφότες); 45. (λαμβάνοντα, λαβεῖν); 51. (παράσχου, παρέξομαι); 52. (παρεσχόμην, παρέξομαι); 53. (εἰληφέναι, λαμβάνων εἴληπται); 55. (ἠδικηκότα, ἀδικεῖν); 58. (ἀποφῆναι, ἀπέφηνεν); 61. (ἀποφανθέντων, ἀποπεφασμένων); 69. (εἰσφέρειν, [εἰσφορὰν] εἰσενηνοχώς cf. sub γ.); 86. (συμβάντων, συμβησομένων); 101. (γέγραψαι, γέγραφε); 104. (πείσειν, πεισθείη); II. 3. (συμβέβηκε, συμβήσεται); 10. (ἀπηγμένοις, ἀπάγειν); 11. (ἐλεεῖτε, ἠλέησεν); 18. (ποιεῖν, πεποίηκε); 19. (ἴστε, οἶδε); 22. (λαμβάνειν, ληφθεῖσι); 24. (κομίσαι, αντος); III. 3. (καταφρονήσας, καταπεφρόνηκε); 5. (δεῖ, δεῖν); 13. (αἰσχυνθῆναι, ᾐσχύνθη); 14. (τιμωρουμένους, τιμωρήσασθαι); 18. (δεόμενος, δεηθείη); γ) varia conectuntur verba, quae tamen ex uno eodemque verbo primitivo sint ficta: I. 6. (κυρία, ἄκυρος); 12. (παρέταξα, τάξιν); 13. (δωρεάς, δῶρα); 22. (κρίσιν, κρίνοντας); 31. (πρᾶξαι, πρᾶξιν); 46. (πιστά, ἄπιστα); 46. (δωροδοκίας, δῶρα); 51. (δικασταὶ τἀδικήματα); 53. (καταψευδόμενος, ψεῦδος, ψευδεῖς); 55. (ἠδικηκότα, [ἀδικεῖν], ἀδικημάτων cf. sub β); 59. (ἀληθινῆς, ἀληθές); 59. (ἀποφάσεων, ἀποπέφαγκε); 62—63. (κυρίαν,

ἀκυροῖς); 69. (*πολεμεῖν, πολέμους*); 69. (*εἰσφέρειν*, [*εἰσενεγκών*], *εἰσφορὰν* [*εἰσενηνοχώς*] cf. sub *β*); 71. (*ἐπιτάττειν, τάξιν*); 78. (*Δωδώνης, Δωδωναίου*); 80. (*πρεσβείας, πρεσβευτήν*); 90. (*δικαιότερον, δίκαιον*); 95. (*πόλεως, πολίτης, πεπολιτευμένοις*); 97. (*πόλιν, ἀντιπολιτευομένοις*); 111. (*δόξαν, ἔνδοξον*, [*δόξης*] cf. sub *α*); II. 2. (*δεινόν*, [*δεινά*], *δεινοτάτων* cf. sub *α*); 3. (*δυνηθείη, ἀδύνατον*); 10. (*κλέπτην, κλέπτοντας*); 12. (*γραφῇ, ἐπιγεγραμμένον*); 12. (*τιμῆσαι, τίμημα, ἐκτῖσαι*); 15. (*πεπολιτευμένοις, πόλιν*); 19. (*πονηρόν, ἰαν*); 20. (*ψῆφον, καταψηφισαμένους*); 22. (*δίκην, ἀδικημάτων*); 25. (*προσέγραψαν, γράψαντες*); III. 3. (*δικαίῳ, δικαιοσύνης*); 4. (*πόλεως, πολιτῶν, πόλει*); 7. (*πολιτῶν, πόλιν*); 8. (*ἀδικημάτων, ἠδικηκόσι*); 9. (*φύλακα, φυλακῆς*); 16. (*δημοκρατίας, δήμου*); — *δ*) notandum est, etiam significationem verborum in traductione interdum commutari: I. 40. *εἰλημμένοι εἰληφότες*, 53. *λαμβάνων εἴληπται*, II. 22. *λαμβάνειν, ληφθεῖσι* (cf. sub *β*) ubi *λαμβάνειν* alias est „accipere“ alias „comprehendere“; I. 101. *γέγραψαι* (accusavisti), *γέγραφε* (rogavit).

g) *ἰσόκωλον* (incl. *ὁμοιοτέλευτον, παρομοίωσις*): 1) raro *ἰσόκωλον* invenitur alia, quae similitudinem quandam efficiat, figura non admixta: I. 24. (*εἰς ἣν* . . *ἀποσταλείς, οἷς* . . *γέγονεν, ἣν* . . *ποιῆσαι*); 46. (*ὃν* . . . *αὐτῷ, ὃς* . . . *καθέστηκε*); 2) multo saepius ad *ἰσόκωλον* aliae figurae accedunt, imprimis haece: *α*) *ἀναφορά* I. 12. (*ἐγὼ* . . . *συμμάχους . οὐκ, ἀλλὰ* . . . *Δημόσθενες . ἐγὼ* . . . *Χαιρωνείαν . οὐκ, ἀλλὰ* . . . *τάξιν . ἐγὼ* . . *πρεσβείας*); 73. (*τότε* . . . *πόλις, τότε* . . *εἰσέβαλον*); 81—82. (*ἐπειδὴ δὲ* . . *ἀποδράς, ἐπειδὴ δὲ* . . *πόδα*); — *β*) *ὁμοιοτέλευτον* (incl. *ὁμοιόπτωτον*): I. 11. (*ὅπου γε* . . . *γεγενημένης, καὶ τῆς* . . . *ὑποστειλαμένης* . . . *πεποιημένης*); 15. (*ὃς* . . . *κεχρηματισμένος, ὁ νῦν* . . *ἀποσχόμενος*); 73 (*Μεσσ*. . . *κατῴκισαν, Ἀρκ* . . . *ἐποίησαν, ἔνδοξοι* . . . *ἦσαν*); II. 5. (*μὴ καταῤῥαθυμήσητε* . . *μηδ’*

. . *ἀπείπητε*); — *γ*) *παρομοίωσις*, qua quidem verba inferri aut paria, aut similiter sonantia notum est; (itaque *παρονομασία* atque *πολύπτωτον*, quae sub d. et f. tractavimus, proprie e paromoeosi judicanda sunt): I. 81. (*ὅτε* . . *μετὰ τῶν ἄλλων* . . . *οἴκαδε*, *ἐπειδὴ* . . *οἴκοι* . . *μετὰ τῶν ἄλλων*); — *δ*) *ἀναφορά* atque *ὁμοιοτέλευτον*: I. 9. (*ᾧ* . . *ἔδωκεν*, *ᾧ* . . *ἐγκεχείρικεν*); 47. (*ἕτερα* . . *λέγων*, *ἕτερα* . . *φρονῶν*); 67. (*τὸ* . . *πεποιηκότες*, *τὸ* . . . *καταστήσαντες*); 75. (*ὅτε* . . . *ναυμαχίαν*, *ὅτε* . . *μόραν*); 88. (*εἰ* . . *βουλομένων*, *εἰ* . . *τούτων*); ε) *ἀναφορά* atque *παρομοίωσις*: I. 9. (*ἀναφ*: *ὃ* . . *ὅ*; *παρομ*: *διαπεφύλαχε*, *φυλάττει*); 62. (*ἀναφ*: *καὶ* . . *καί*; *παρομ*: *πόλιν*, *πολιτῶν*); 82. (*ἀναφ*: *ἐν* . . *ἐν* . . *ἐν*; *παρομ*: dat. plur.); 94. (*ἀναφ*: *τοτὲ* . . *τοτὲ*; *παρομ*: part. praes.); II. 20. (*ἀναφ*: *τούτου*; *παρομ*: *κατέγνωκεν*, *κατέγνωκεν*, *παρέδωκεν*); 22. (*ἀναφ*: *ἣ* . . *ἥ*; *παρόμοιον*: *λαμβάνειν*). III. 10. (*ἀναφ*: *οὗτος*; *παρομ*: *ἀποδώσεται προδώσει* atque *κατά* c. gen.); — *ζ*) *παρομοίωσις* atque *ὁμοιοτέλευτον*: I. 7. (*ὁμοιοτ*: *προσετάξατε*, *ἐπῃνέσατε*; *παρομ*: *ζητεῖν*, *ᾔσεις*); 32. (*ὁμοιοτ*: *γενέσθαι*, *παρασκευάσαι*; *παρομ*: *βουλόμενος* atque dat. plur.); 56. (*ὁμοιοτ*: *ἀπέφηνε*, *ἀπέφηνε*, *ἐξέβαλε*; *παρομ*: acc. masc. partic. atque nom. fem. partic.); 66. (*ὁμοιοτ*: *χρυσίον*, *συνέδριον*; *παρομ*: *ἀπολελυκότες*, *κατεγνωκότες*); III. 6. (*ὁμοιοτ*: *γεγενῆσθαι*, *εἰληφέναι*; *παρομ*: *νῦν πρῶτον*); 12. (*ὁμοιοτ*: *κἀγαθῶν*, *ὧν*; *παρομ*: *τρίς*, *τετράκις*, *πλεονάκις*, *δεκάκις*); — *η*) *ἀναφορά*, *ὁμοιοτέλευτον*, *παρομοίωσις* I. 18. (*ἀναφ*: *τὴν* . . *τήν*; *ὁμοιοτ*: *ἀποστειλάντων*, *προσδεξαμένων*; *παρομ*: *παρά* c. gen.); 97. (*ἀναφ*: *ἐν* . . *ἐν*; *ὁμοιοτ*: *γεγενημένον*, *ἄχρηστον*; *παρομ*: *ἄπιστον*, *ἄχρηστον*); II. 20. (*καὶ μὴ προέσθαι καὶ μὴ προδοῦναι*); 21. (*ἀναφ*: *τὸ* . . *τό*; *ὁμοιοτ*: *σπουδάζοντες*, *ἐῶντες*; *παρομ*: *ἀποφαίνειν*, *φαίνεσθε*, *ἀποπεφασμένους*).

h) *ἀντίθετον*: *α*) verba tantum opponuntur, non sententiae: I. 33. (*τὰ μέλλοντα ἐκ τῶν γεγενημένων*); 55.

(τὸν ἐν τοῖς μικροῖς. . τὰ μεγάλα); 76. (οἱ . . λαμπροὶ . . ταπεινοί); 93. (ἐκ τοσαύτης εὐδαιμονίας εἰς . . ἀδοξίαν); 93. (τὰ ἰδίᾳ . . . κοινῇ); 107. (πεντακόσιοι καὶ χίλιοι ὄντες ἁπάσης τῆς πόλεως); 111. (ἀντὶ ἀγνῶτος . . ἔνδοξον); II. 18. (ἀντὶ . . εὖ ποιεῖν κακῶς . . πεποίηκε); *β*) et verba et sententiae inter se opponuntur (saepe autem etiam duo simul antitheta prodeunt). *αα*) particulis μὲν . . δέ; οὐκ . . (ἀλλά); εἰ μὴ . . ἀλλά sententia altera alteri objicitur: I. 15. (οὐχ εἷς ἀνὴρ, ἀλλὰ πᾶσα ἡ . . βουλή); 17. (οὐ λόγοις ἀλλ' ἔργοις); 20. (τοῖς μὲν σώμασι μετ' Ἀλεξάνδρου . . ταῖς δ' εὐνοίαις μετὰ Θηβαίων); 27. (τοὺς . . τυχόντας . . οὐδεὶς ζητεῖ πυθέσθαι . . τοὺς δ' ἐνδόξους πάντες πυνθ.); 31. (ἀγαθὸν μὲν . . ἐν κινδύνοις δέ); 31. (ἡ Ἑλλὰς, οὐ μόνον ἡ πόλις); 32. (οὐ λόγοις ἀλλ' ἔργοις); 45. (ἀργύριον . . χρυσίον); 45. (κατὰ μικρὸν . . ἀθρόον); 47. (ἕτερα μὲν λέγων, ἕτερα δὲ φρονῶν); 48. (πρότερον μὲν ἐναντίον . . νυνὶ δὲ συνηγορῶν); 53. (ὅτι μὲν εἷς ἀνὴρ . . καταψευδόμενος . . . ἐπειδὴ δὲ τἀληθὲς παρὰ πάσης κ. τ. λ.); 65. (οἱ μὲν . . κακόνοι . . ζῆν ἂν βούλοιντο, ὅσοι δὲ εὖνοι . . ἀπολωλέναι); 74. (οὐ ψεῦδος . . ἀλλὰ . . ἀληθές); 90. (τὸ μὲν ἐν τῷ κοινῷ . . παρὰ πάντων . . τὸ δὲ τούτους . . μηδένα); 99. (ἐν μὲν ταῖς ἐκκλησίαις . . παρακρούωσιν . . ἰδίᾳ δὲ . . ταὐτὰ πράττωσιν); II. 3. (ἀρχομένην . . δυνηθείη, ἐγκαταγεγηρακυῖαν . . ἀδύνατον); 15. (εἰ μὴ πάντα, ἀλλὰ πολλά); 15. (ἀγαθὸν μὲν . . κακὸν δέ); 22. (ἰδίους . κοινούς); III. 1. (οὐχ ἅπαξ ἀλλὰ τρίς); 3. (οὐ τῷ δικαίῳ . . ἀλλὰ τῇ τόλμῃ); 11. (μὴ . . ὑπὲρ τῶν γεγενημένων . . ἀλλὰ . . ὧν ἂν ἔπραξεν); 19. (πίστεως οὐ δωροδοκίας); 22. (ὑπὲρ πάσης τῆς χώρας, οὐχ ὑπὲρ Φιλοκλέους μόνον); *ββ*) vel relativo, vel conjunctione temporali subjicitur altera sententia: I. 24. (πρὸς οὓς εὐτυχοῦντας . . . ἦλθε, τούτους ἀτυχοῦντας προδέδωκεν); 80. (συσκευασάμενος τῆς διοικήσεως . . ἥνιχ' οἱ ἄλλοι ἐκ τῶν ἰδίων ἐπεδίδοσαν); 99. (πῶς

ὁμονοήσομεν απαντες, . . οταν οἱ ηγεμόνες); II. 11. (ἐλεεῖτε, ὃς . . οὐκ ἠλέησε); 26. (πολίτην δῶρα δεχόμενον . . οἳ τὸν ἀλλότριον); — γγ) in participio altera sententia latet: I. 31. (οὗτος εἰς τοὺς μέλλοντας καιροὺς ἔσται χρήσιμος παραβεβηκὼς ἅπαντας τοὺς παρεληλυθότας); II. 18. (τῶν ἄλλων . . εἰσφερόντων ἐκ τῶν ἰδίων οὗτος οὐδὲ τῶν δημοσίων . . . ἐκτέτικεν); — δ) ἀντιμεταβολή id est antitheton, quod invertenda sententia efficitur: I. 110. (πότερον ἡ πόλις ἐλεεινοτέρα διὰ τοῦτον γέγονεν, ἢ διὰ τὴν πόλιν Δημοσθένης). Non ex omni parte invertuntur: I. 3. (παρ' ὑμῖν Δημοσθένης κρίνεται, παρὰ δὲ τοῖς ἄλλοις ὑμεῖς); II. 19. (περὶ μὲν τούτου τὴν ψῆφον ὑμεῖς μέλλετε φέρειν . . περὶ δὲ ὑμῶν οἱ περιεστηκότες.)

i) πολυσύνδετον frequentissimum obviam fit apud Dinarchum, quippe quem particularum καί, οὐδέ, μηδέ, ἤ amantissimum esse jam supra sub 27. 28. demonstratum sit. Ubi etiam hoc diximus, nonnunquam vix fieri posse, ut utrum figurae gratia καί etc. frequentaverit, an singulari illo harum vocularum amore perductus, pro certo affirmetur. Qua ratione accidit, ut compluria, quae jam sub 27. 28. provocaveram, rursum hic exscribenda essent. α) πολυσυνδέτως junguntur nomina (incl. participia et infinitivi): I. 10. (δόντος . . καὶ . . γινομένων . . καὶ . . ἐξελεγχθείσης); 13. (λαμβ. καὶ λέγειν καὶ πράττειν); 14. (περιπλεύσαντι . . καὶ . . νικήσαντι . . καὶ . . υἱεῖ . . . καὶ λαβόντι); 14. (Σάμον καὶ Μεθ. καὶ Πυδν. καὶ Ποτιδ.); 17. (ποιήσας καὶ διαμείνας . . καὶ . . μεταβαλόμενος); 19. (φέρειν . . οὐδὲ . . ὑπομένειν οὐδὲ ὁρᾶν.); 20. (γενομ. . . καὶ ἐλεησ. . . . καὶ . . ποιησ. . . . καὶ . . ὄντος . . καὶ . . ἐλθόντων . . καὶ . . δεομένων καὶ ἱκετευόντων); 21. (μιαρὸς καὶ ἀσεβὴς καὶ αἰσχροκερδής); 31. (κινδύνοις καὶ κακοῖς καὶ ἀδοξίαις); 37. (πατρίδος καὶ ἐλευθερίας καὶ τῆς δόξης); 38. (Κεφάλου καὶ Θρασ. καὶ Ἠλ. καὶ Φορμ. καὶ ἑτέρων); 40. (τηροῦντες καὶ

ἀργυριζόμενοι καὶ πεποιηκότες καὶ νῦν εἰλημμένοι); 41. (δωροδ. καὶ κλέπτην καὶ προδότην καὶ ἀνάξιον); 43. (Χαιρέφ. καὶ Φ. καὶ Π. καὶ Φειδ.); 43. (Βερισ. καὶ Σατ. καὶ Γοργ.); 48. (οὔτε αἰσχύνης, οὔτε ἐλέγχ., οὔτε ἀρᾶς); 54. (τὰ νόμιμα καὶ τὰ δίκ. καὶ τἀληθῆ); 64. (θεὰς καὶ τοὺς ἥρωας καὶ τὴν Ἀθ. καὶ τοὺς ἄλλους θεούς); 69. (κόσμον καὶ τὰ ἐκπώματα καὶ τὰ ἀναθήματα); 77. (ποιῆσαι καὶ ἐᾶσαι καὶ προσδοκῆσαι); 77. (μὴ κοινωνεῖν μηδ' ἔχειν μηδ' οἴεσθαι); 94. (μεταβαλλόμενος καὶ δημηγορῶν καὶ γράφων); 99. (ἐδάφους καὶ τῶν ἱερῶν καὶ παίδων καὶ γυναικῶν); II. 8. (μέτριος καὶ προγόνων χρ. καὶ εἰργασμένος); 9. (μήτε ἐναύειν, μήτε συσσιτεῖν, μήτε κοινωνεῖν); 12. (συκοφαντῶν καὶ λέγων καὶ γράφων καὶ καταφρονῶν); 13. (ἐνδειχθεὶς καὶ ἐξελεγχθεὶς καὶ παραδοθείς); 20. (ζημιῶσαι καὶ μὴ προέσθαι καὶ μὴ προδοῦναι); 21. (μὴ ἐγκαταλιπεῖν μηδ' ἀγαγεῖν μηδὲ καταλλάξασθαι); III. 1—2. (ἐξεληλεγμένος καὶ ἐψευσμένος καὶ τολμήσας καὶ ἐπιωρκηκὼς καὶ γράψας καὶ τιμησάμενος); III. 2. (ὑμῶν καὶ τῆς χώρας καὶ παίδων καὶ γυναικῶν); 4. (ἐξηπατηκὼς καὶ προδοὺς καὶ ἀνατετραφώς); 18. (ἔχων καὶ οὐκ ὄντων καὶ δεόμενος); 21. (χώρας καὶ ἱερῶν καὶ νομίμων καὶ πολιτείας); 21. (νόμων καὶ ψηφισμάτων καὶ ἀποφάσεων); 22. (πονηροὶ καὶ ἄδικοι καὶ μισόδημοι); — β) s i t o t a e c o m p l u r e s s e n t e n t i a e per *καί*, vel *ἤ* junguntur, multo magis placet propriae Dinarchi indoli, quam figurarum studio hoc attribuere; (cf. sub 28); attamen pauca saltem liceat exempla etiam hic promere: I. 31. (καθέστηκε καὶ ἀφῆκε καὶ ἐδέησεν); 61. (ἠξίωσας καὶ ἔγραψας καὶ ἐποιήσω); 62. (ἔγραψας καὶ παρέδωκας καὶ ἐνεχείρισας); 68. (ἀπαιτῇ καὶ καταπέμψῃ καὶ ἀξιοῖ); 107. (ἔστιν καὶ ἔχετε καὶ καταστήσει); II. 2. (διαπέπρακται καὶ διατέτριφεν καὶ γέγραφεν καὶ πεποίηκε); 21. (τίνα . . οἴσετε ἢ διὰ τί . . ἔσεσθε, ἢ . . φαίνεσθε); 24. (ἐξήλασαν καὶ ἀνέθεσαν καὶ προσέγραψαν); III. 12. (ἀπέδοτο καὶ προέδωκε καὶ

ἐποίησεν); 15. (δεῖ καὶ . . ἐστὲ . . καὶ . . ἀπεχειροτόνησε); 18. (ἀνεῖλε καὶ ἔταξε καὶ ἐξήλεγξεν).

k) ἀσύνδετον: α) rarius orator nomina sine conjunctione coacervat: I. 64. (τὸν λελυμασμένον, τὸν παραδεδωκότα); 65. (ὑπὲρ παίδων, ὑπὲρ γυναικῶν, ὑπὲρ δόξης, ὑπὲρ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν); 71. (παιδοποιεῖσθαι, γῆν κεκτῆσθαι); III. 7. (τὸν ἐμβεβληκότα, τὸν γενόμενον); 19. (μισεῖν, ἀνελεῖν); — β) creberrime autem sententiae complures dissolute annectuntur; non solum αα) interrogationes rhetoricae: I. 30—31. (εἰς ποῖον . . ; ἔχοι τις . . ; οὐκ εἰς . . ; οὐκ ἐπειδή . ;) 35. (ἔγραψας, συνεβούλευσας, ἐπόρισας, χρήσιμος ἐγένου); 41—42. (οὐκ αἰσχύνεσθε, οὐκ ἴστε, ἀπὸ ποίων, εἰσί τινες, οὐ φράσετε); 93. (τίς, τίς etc.); 100. (οὐ, οὐκ, οὐ); 101. (γέγραψαι, κεκώλυκας, εἰσήγγελκας); II. 11. (ἔπειτα); 12. (οὐκ, οὐχ, οὐ) (cfs. s, δ); — sed etiam ββ) enunciata omnia alia asyndeton admittunt: I. 7. (καθ' ὧν . . οἳ . .) 9. (ᾧ, ᾧ, ὃ, ὅ); 22. (ἀκούσονται, θεωρήσουσι); 23. (ὑμεῖς, ὑμεῖς); 24. (εἰς ἣν, οἷς, ἥν); 28. (οὗτος, οὗτος); 33. (οὐ λογίζεσθε, οὐ σκοπεῖσθε); 39. (ἐξεβλήθη, ἠλευθεροῦντο, διεπέπρακτο); 46. (ὃς, ὅς); 52. (ἣν, ἥν); 72. (ἐγένετο, ἐγένετο); 73. (τότε, τότε, κατ' ἐκείνους τοὺς χρ.); 75. (ὅτε, ὅτε, ὅτε, ὅτε); 85—86. (ταὐτό, ὁ αὐτός, ἐπέτρεψεν, ἔθετο); 102. (οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστιν); 109. (ἣν, ἣ, ὑπὲρ ἧς, ἐν ᾗ); 114. (οὐκ ἐγκαταλέλοιπα, οὐ . . . ἐποιησάμην); II. 20—21. (τούτου, τούτου, οὗτος); III. 10. (οὗτος, οὗτος, οὗτος); 18. (ὅν, ὅς); — γγ) liceat jam quinque illos locos commemorare, ubi conjunctionem sententiarum non curat noster, quamquam una ex altera consequitur periodique struendae occasio maxime opportuna praesto est: I. 32: 1) ἀπῆρε . . (a) βουλόμενος καὶ b) βουλόμενος) 2) (περιιὼν οὗτος) a) ἐλογοποίει . . καὶ b) εἰσεποίει . . 3) οὕτω κατέστρεψεν κ. τ. λ.; I. 33. 1) ἐξέπλευσεν . . (a) μισῶν . . b) ἀναγκαζόμενος . .) 2) ἀφείλετο κ. τ. λ.; I. 33. 1) Εὐθύδικος προῃρεῖτο . . 2) ἔφη . . 3) καὶ οὗτος ἀπώλετο; I. 58.

1) εἵλεσθε . . 2) εἰσῆλθεν . . 3) ἀπελύσαθ' ὑμεῖς; I. 105. 1) παρειλήφατε . . 2) κατηγορήκαμεν . . 3) πότερα κ. τ. λ. (cfs. 28. c.).

Figurae sententiarum: l) προςωποποιία (personificatio): I. 12. Demosthenes inducitur loquens (ἐγώ κ. τ. λ.); I. 109. (τὴν χώραν, ἣ . . ἱκετεύει, παραστησαμένη κ. τ. λ.

m) ἐπιδιόρθωσις (emendatio): II. 1. ὁ πονηρότατος τῶν ἐν τῇ πόλει, μᾶλλον δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων.

n) ἐκφώνησις (exclamatio) I. 7. 36. 40. 43. 45. 68. 77. II. 3. 8. III. 1. 15: invocantur autem usque quaque dei, Minerva, Juppiter, Hercules.

o) ἀποστροφή: alloquitur orator Demosthenem reum I. 8—9. 17. 35. 50. 57. 59. 69—71. 83. 89. 101—104; Demosthenem et Polyeuctum I. 100.

p) irrisio atque ironia α) irrisio: I. 13. (δωρεὰς τὰς μεγίστας); 26. (ὁ κοινὸν αὑτὸν . . παρέχων); 31. (χρήσιμος . . φήσων); 35. (φήσων . . μισεῖν); 39. (τὸ κινδυνεύειν . . ἐπισφαλές ἐστι); 43. (τῷ οὐδ' ὅποι καταφύγῃ); 103. (ὡς ἐπιμελησομένους τούτους); β) ironia: I. 7. (ναί . κατέψευσται γάρ); 44. 78. 79. (δημοτικός); 69. (καλῶς διῴκησας); 79. (τὸ καλὸν ψήφισμα); 89. (ὦ ἄριστε); II. 5. (εὐτύχημα); 8. (χρηστός); 15. (γνώριμος καὶ φανερός.

q) euphemismus I. 33. (ἀφείλετο); 58 (ἠτυχηκότι i. e. in exilium ejecto); II. 20. (ἵνα τὸ πραότατον εἴπω).

r) γνώμη (sententia) I. 76. II. 3. III. 6. 14. 19

s) interrogatio rhetorica saepe numero, ne dicam ultra modum, a Din. usurpatur: namque de illis CLXII paragraphis, in quas editores distribuere tres orationes, plus quam XC quaestiones rhetoricas continent. Vocum autem interrogativaram quae vocantur α) saepius leguntur pronomina interrogativa et adverbia: τίς I. 8. 16. 35. 50. 66. 67. 68. 72. 84. 87. 93. 96. 100. 104. II. 6. 8.

9. 10. 15. 21. 26. III. 1. 3. 9. 17; ποῖος I. 30. 41. 96. III. 9. 17; πότε I. 74. 96; ποῦ I. 63. 70. 102; πῶς I. 99. II. 16. 25. III. 1; β) particulae autem raro tantum addi solent interrogativae: ἦ I. 57; ἆρα I. 22. II. 5. III. 8; πότερον . . ἤ I. 69. 90. 106—107; ἤ (an) I. 102; sed plerumque γ) intellegendae sunt particulae interrogativae. Atque subaudiendum est ἆρα (ne) I. 42. 83; subaudiendum est ἆρα μή (num) I. 7. 15. 30. 35. 36. 43. 45. 54. 59. 61. 69. 70. 84. 87. 89. 97. 100. 101. II. 8. 11. 14. 15. III. 4. 6. 13; subauditur denique ἆρα ita, ut cum scriptum exstet οὐ, efficiatur ἆρα οὐ (nonne): I. 18. 30—31. 33. 37. 41. 42. 53. |100. II. 12—13. 23. III. 7. 17; — δ) ἀσυνδέτως saepe complures quaestiones projiciuntur (cf. k. β. αα.): I. 30. 35. 41. 45. 66. 83. 84. 87. 93. 96. 100. 101. II. 6. 11. 12. 13. III. 9; — ε) διαλεκτικόν (percontatio) non uno tantum loco exstat, qua figura orator non interrogat solum, verum ipse sibi etiam respondet. Talia autem responsa modo 1) accuratiorem quandam expositionem praebent, velut I. 50. 72. 74. II. 16, modo 2) breviter sive ajunt: I. 83; sive negant: I. 37. (οὐδ' ὁτιοῦν); 57. (οὐ δήπου); 96. (οὐδεὶς ἂν . . δείξειεν); 101. (οὐδέποτε); 101. (οὐδ' ἡντινοῦν); III. 6. (οὐκ ἔστι ταῦτα); 9. (οὐδὲν, ὅ τι . . ποιήσειεν); 13. (οὐχ οἱ τοιοῦτοι ἐλεοῖντ' ἄν); — 3) interdum adhortatio simul in responso inest: I. 87. 97. (οὐκ, ἐὰν σωφρονῆτε); ipsa autem adhortatio responsi loco est: I. 84. (μὴ, ὦ Ἀθηναῖοι, μή). Porro 4) exclamationem responsi partes explentem habemus I. 59. (δεινὸν μέντ' ἂν εἴη); 5) responsurus autem denuo quaestiones fudit: I. 100. (τί φασι . . ποιοῦντας; sed non respondet: φασὶ κρίνειν ἀλλήλους, verum interrogare pergit: οὐ κρίνειν ἀλλήλους κ. τ. λ); I. 102. (ποῦ . . εἴδομεν; exspectas: οὐδαμοῦ: respondet autem ἢ ἐνταῦθα φήσετ' εἶναι δεινοὶ κ. τ. λ.) — —

Birkleri commentationes duas „de transitionis for-

mis Graecorum" (progr. gymn. Ehingensis 1867) atque „de argumentatione" (ibid. 1868), Gebauerique „de praeteritionis formis apud oratores Atticos" (libell. Maximiliano Erlero dedicatus a collegis Zwiccaviensibus 1874) cum ego perlegissem, etiam in Dinarchum his de rebus inquirere animum induxi. Atque quod ad

31) transitionis formas

attinet operam mihi videor perdidisse: etenim rarissime eas curavit orator, cum diligentissime eis atque accuratissime bonae notae oratores studuisse constet: a) habemus autem transitionis formas: I. 75. *θεωρήσατε δὴ πάλιν ἐπὶ τῆς κ. τ. λ.* 78. *ἀκούσατε . . κἀκείνου τοῦ ψηφίσματος* (cfs. Birkl. I. 6. b. *γ.*); 82. *λέγε δὴ καὶ τὸ . . ψήφισμα*; atque accedit: I. 16. *ἀλλὰ γὰρ οὐ παραβάλλειν δεῖ . . . παρασχόμενος οὖν . . ἐπὶ τοὺς περὶ τούτου λόγους βαδιοῦμαι* (cfs. Birkl. II. 8. (b)). b) paucae commemorandae sunt praeteritionis formae: I. 37. *ὧν τοὺς μὲν . . . μακρὸν ἂν εἴη λέγειν*; et solennes illae I. 31. *ἀφήσω γὰρ αὐτοῦ τὰ ἴδια*; 35. *ἐῶ γὰρ τοὺς ἄλλους κινδύνους*; 93. *ἐῶ γὰρ τοῦτο νῦν.* Quis autem potissimum Dinarchi mos sit ad aliam rem transeuntis, jam demonstratum est sub 27. c. *δ.*

32) de argumentationis formis.

a) de quaestione rhetorica jam sub 30. s. uberius actum est, neque hic quidquam addendum videtur, nisi quod particulas *καί*, *καίτοι*, *εἶτα* saepius interrogationibus praefigi commemorasse velim: *καί* I. 63. 69. 70. 72. 90. 104. II. 8. 15. III. 4; *καίτοι* I. 16. II. 9. 25. 26; *εἶτα* (*ἔπειτα*) I. 36. 53. 97. 102. II. 11. 14. III. 13; b) subjectio quae vocatur semel invenitur II. 8. *ἀλλ' αὐτὸς ὁ κρινόμενος . . μέτριος τὸν τρόπον κ. τ. λ.*; atque discutitur verbis: *καὶ τίς ὑμῶν οὐ πολλάκις ἀκήκοε*; c) occupatio exstat I. 48. *ἀλλ' ὅμως . . περὶ ἐμοῦ τολ-*

μήσει λέγειν κ. τ. λ. quod quidem refutatur I. 49. ἵν' οὖν κ. τ. λ. et I. 53. εἶτ' οὐ δεινὸν κ. τ. λ.; I. 54. ἡ .. διαβολή, ὡς ἄρα .. ἀποπέφαγκεν κ. τ. λ.; dissolutio inest in verbis: τοῦτο δὲ ὃν τρόπον γίνεται κ. τ. λ.; I. 61. (τοῦτο μὲν οὐκ ἐπιχειρήσεις λέγειν) ὅτι δὲ .. συμβέβηκε κ. τ. λ.; sequitur quasi duplex refutatio: ἀλλὰ μόνος σὺ κ. τ. λ. infraque I. 62. ἀλλὰ μὴν πρότερον κ. τ. λ. d) enthymemata occurrunt satis frequentia atque α) duo illa enthymematis membra αα) opponuntur particulis μὲν .. δέ I. 14. 53. 70—71. 85. II. 14—15. 15. III. 4. 15—16; deest μέν: I. 62—63. ββ) alterum membrum est relativum I. 7. II. 11. 14. III. 13, conditionale II. 25; γγ) latet in participio I. 6. 36. 97; — β) inducuntur enthymemata particulis καί I. 14. 70—71. III. 4; καίτοι II. 25; εἶτα I. 36. 53. II. 14; ἔπειτα I. 97. III. 13.

γ) enthymematum autem ipsorum duo in Dinarcho genera distinguenda esse censui: 1) interdum ipse orator disertis verbis dicit, turpe futurum esse et injustum, si repugnantia illa, quam enthymemate fingit, admitteretur: I. 53. εἶτ' οὐ δεινόν, εἰ ὅτι μὲν .. ἐπειδὴ δὲ κ. τ. λ. 70—71. ποῦ τοῦτ' ἐστὶ δίκαιον .. τοὺς μὲν .. σὲ δὲ .. καὶ τοὺς μὲν .. σὲ δὲ .; 85. αἰσχρὸν γὰρ καὶ δεινόν, ἑτέρους μὲν .. τουτονὶ δὲ ..; III. 15—16. αἰσχύνομαι εἰ .. ὁ μὲν δῆμος .. ὑμεῖς δὲ .. Posthabetur autem illud judicium: I. 62—63. πρότερον ... κατὰ δὲ σαυτοῦ .. καὶ ποῦ ταῦτα δίκαια ἢ νόμιμά ἐστι; atque obscurius quid ipse sentiat orator indicat: I. 14. καὶ Τιμοθέῳ μὲν .. τὸν δὲ .. οὐ τιμωρησάμενοι παράδειγμα ποιήσετε τοῖς ἄλλοις; 97. τὸν .. ἐγκαταλελοιπότα ... περιποιῆσαι βούλεσθε; οὐκ ἐὰν σωφρονῆτε; II. 11. ἔπειτ' εἰρωνεύεσθε .. καὶ .. ἐλεεῖτε, ὃς .. οὐκ ἠλέησε; 2) nonnunquam autem in interrogationis rhetoricae formam enthymemate redacto ipsis audientibus permittit, ut de repugnantia illa judicium sibi faciant: I. 7. σοῦ κατέψευσται ... καθ' ὧν κ. τ. λ.; 7. οὓς .. κατὰ τούτων κ. τ. λ;

36. εἶθ' οὗτος . . ἔσται χρήσιμος, παραβεβηκὼς κ. τ. λ. II. 14. ὃν οἱ νόμοι . . τούτῳ βούλεσθε; 14—15. ὁ μὲν νόμος . . ὑμεῖς δὲ κ. τ. λ.; 25. εἰ . . ἡγεῖτο . . πῶς χρὴ κ. τ. λ.; III. 4. ὁ μὲν νόμος . . ὁ δὲ κ. τ. λ. 13. ἔπειτα ὑποστείλασθαί τι δεῖ . . ὅς κ. τ. λ.; Anacolutho perditum est enthymema I. 69. πότερόν ἐστι δικαιότερον . . ἢ τοὺς μὲν . . αὐτὸς εἰσενεγκών κ. τ. λ. (cfs. sub 29. a.)

33) Appendicis loco liceat nonnulla comprehendere quae mihi exscripsi memoria digna neque tamen antecedentibus paragraphis apte inserere potui. Ac primum videatur

a) de pleonasmo, qui tam multus est apud Dinarchum, ut cuncta exempla afferre destiterim: I. 19. παρ' αὐτοῖς [ἐν τῇ πόλει]; 32. τοῖς ἰδίοις [τοῖς ἑαυτοῦ] κινδύνοις; 93. [ἰδίᾳ] παρά τισιν . . [κοινῇ] τὸν δῆμον; 24. ἐπρέσβευσεν [ὑφ' ὑμῶν ἀποσταλείς]; 31. ἡ Ἑλλὰς [οὐ μόνον ἡ πόλις]; 36. τοιούτων . . . [καὶ μηδέποτε βελτιόνων]; 39. ψήφισμα γράψαντος [ὃς . . ἔγραψε]; 52. λαβὲ σὺ τὴν μαρτυρίαν ἣν καὶ πρότερον παρεσχόμην . . [ἣν καὶ νῦν παρέξομαι]; 74. οὐ . . ψευδὲς [ἀλλὰ . . ἀληθές]; 74. ἐδωροδόκει [λαμβάνων χρήματα]; 78. ἐκ Δωδώνης [παρὰ Διὸς τοῦ Δωδωναίου]; 114. [καὶ] ὑμᾶς τὴν αὐτὴν γνωμην ἔχειν.

Saepissime fit, ut duo vel nomina, vel verba conjungantur, cum satis fuerit alterum tantummodo scripsisse. Facilius autem hoc toleramus, si vel alterum substantivum prius complectitur velut I. 3. δωροδοκία καὶ πονηρία; 95. πολιτευομένοις καὶ πεπραγμένοις; 108. αἰσχροκέρδεια καὶ πονηρία; III. 7. αἰσχύνη καὶ ἀδικία; vel si verbum alterum ex priore sequitur: I. 88. ἐκβαλεῖτε καὶ παύσετε (nam παύουσι τῷ ἐκβαλεῖν); 93. συμβουλεύοντα καὶ διοικοῦντα; II. 12. ἐζητηκόσι καὶ εἰδόσι; 20.* καὶ μὴ

προέσθαι καὶ μὴ προδοῦναι; [25]) III. 12. ἀπέδοτο καὶ προέδωκε; hi enim loci prope accedunt ad ἓν διὰ δυοῖν. Meram autem habemus tautologiam: I. 6. σώματος καὶ ψυχῆς; [25]) 9. πολιτείαν καὶ δημοκρατίαν; 13. ἀτυχίαις καὶ κακοῖς; 37. ἑκόντων καὶ βουλομένων; 42. μετέγραφε καὶ μετεσκεύαζε; 92. μετοιωνίσασθαι καὶ μεταλλάξασθαι; 109. κλαίοντος καὶ ὀδυρομένου; 110. οἰκτίζηται καὶ δακρύῃ; 110. ἐξαπατῆσαι βουλόμενος καὶ παρακρουόμενος; III. 15. προτραπέντας καὶ παροξυνθέντας.

b) subjecta audacius commutantur: I. 30. ἐξέβαλε (Dem.) · · ἐχρήσατο (Nicod.) · · ἦρξ. · · καθέστ. · · ἀφῆκε (Dem.); — 48—49. ἀπολογ. · · · συνηγ. · · · κατηγ. · · (de oratore) · · κατασκευάζων · · · τολμῶν (de Demosth.)

c) neglegentius pluralis ponitur pro singulari: I. 13. ἐφ' οἷς (pro ἐφ' ᾧ); 53. ταῦτα πεποιηκότα (exspectas τοῦτο, τὸ εἰληφέναι); 69. ταῦτα δόξῃ (nimirum τὸ πολεμεῖν).

---

[25]) Cur hoc uno loco II. 20, seu tautologia appellatur, seu ἓν διὰ δυοῖν, Blassio displicuerit nescio. — Neque hoc perspicio, cur Blassio I. 6. σώματος καὶ ψυχῆς tam non tolerabile visum sit, ut pro ψυχῆς audacissime οὐσίας scriberet; namque Mr. auctor est etiam Dem. (XXXVII. 41) et Isocr. (VI. 105.) voces σῶμα et ψυχή copulasse recteque comparat nostrum „Leib und Leben.“

Epimetrum. Conjectanea.

I. 25. *μὴ περιορᾶν ἐάν τις ὅπλα διὰ τῆς χώρας τῆς Ἀθηναίων ἔχων πορεύηται.* Foedissime hunc locum corruptum esse cum ab omnibus — Schmidti enim nugas mitto — viris criticis intellectum sit, verba de hac re facere non opus est; atque conjecturarum earum, quas tentaverunt philologi, multo R. Dobr. Kleyni deteriores esse, quam S. Blassi nemo erit quin agnoscat. Deleverunt enim hi uterque *τῆς* ante *Ἀθηναίων*, ita ut *Ἀθην.* penderet ex *τις* praetereaque commutant *μὴ περιορᾶν* S. — cui astipulatur Mr. — in *περιορᾶν*, Bl. in *μὴ ὁρᾶν*: atque paullo facilius mihi videor cum S. delere *μή*, quippe quod „facile e male repetita ultima nominis *ψήφισμα* syllaba enasci potuerit.“ Neque ego S. et Bl. conjecturae album calculum adjicere dubitarem, nisi verborum collocatio esset difficillima atque maxime intricata: triplex enim exstare hyperbaton vidimus supra sub 26. c. Quod cum Bl. ipse intellexisset, cum Schneidero (ad Xen. Hell. II. 4. 2) verba trajicienda esse annotat sic: *ἐάν τις Ἀθηναίων ὅπλα ἔχων διὰ τῆς χώρας πορεύηται.* Quae ratio cum audacissima esset, de faciliore medela cogitavi atque reperi facillimam hanc: *περιορᾶν ἐὰν ὅπλα διὰ τῆς χώρας τις Ἀθηναίων ἔχων πορεύηται*; facillime enim *τις* post *χώρας* depravari potuit in *τῆς*, quo facto cum subjectum desideraretur, de suo quispiam *τις* post *ἐάν* adjecit.

I. 52. *καταψευσάμενον μέντοι κἀμοῦ καὶ τῆς βουλῆς ὥσπερ σὶ καὶ πονηρὸν καὶ προδότην, ὃν εἰσαγγείλας . . . ἐτιμωρησάμην*: cum illud *ὅν* quod habent N. et pr. A. probe judicarent non neglegendum esse, Mr. ante *καταψευσάμενον*, Bl. ante *ὥσπερ* lacunae

signum posuerunt; nec potest profecto fieri, ut verba tradita construantur. Sed facillime sic emendari mihi videntur, ut ex ὃν illo una litterula apposita ὄντ' efficiamus: καταψ. μέντοι κἀμοῦ .. ὥσπερ σὺ καὶ πονηρὸν καὶ προδότην ὄντ' εἰσαγγ. . . . ἐτιμωρησάμην. Sic intellegi possunt verba. Participiis autem καταψευσ. et ὄντα nomen intellegendum esse ἄνθρωπον vel tale aliquid, frequenti Dinarchi consuetudini deberi demonstratum est supra sub 12. c. Quare nemo adhuc de conjectura cogitavit, quamquam praesto esset optima: non difficulter enim post πονηρὸν καὶ προδότην immitteretur Πιστίαν, quoniam trium vocabulorum a Π incipientium, excidentium in N facile unum a librario praeteriri potuit. Sed multum abest, ut mutationem suadeam.

III. 6. εὐτύχει, καθότι οὐκ . . . ἐπύθεσθε: εὐτύχει corruptum esse jam dudum clarum est, atque scriptura εὐτυχεῖτε aptissima est. Sed offensioni mihi est etiam καθότι, quod hic idem valet, quod ὅτι „weil, insofern,“ ne vestigio quidem significationis principalis καθ' ὅ τι relicto: cujus usus exempla ego non inveni nisi apud Polyb. XVIII. 19. 5. atque in novo testam. Atque cum jam in eo esset, ut tamen a Din. hoc καθότι non abjudicarem — nam sat multa insunt in his orationibus, quae non illustrentur nisi e Polybio aliisque posterioribus scriptoribus — memini etiam εὐτύχει non recte se habere atque protinus intellexi, utrique difficultati provisum fore, si pro εὐτύχει καθότι mutatione omnino nulla effecerimus: εὐτυχήκαθ' ὅτι („ihr habt Glück gehabt“). εὐτυχήκατε autem praetuli formae ηὐτυχήκατε, quoniam N praebet εὐτύχει atque sine augmento est εὐτύχει Isae. VI. 18. εὐτύχηται apud Thuc. (Krueg. gr. 52. 3. 4).



Vita.

Paulus Joannes Vogel natus sum Plaviae a. d. V. Cal. Maj. anni MDCCCLVI. Jam septem annorum puer inter gymnasii illic florentis discipulos receptus usque ad annum MDCCCLXVII. ejus disciplina usus sum: quo anno cum pater optimus carissimus Fridericus Augustus acerba morte mihi abreptus esset Misniam cum matre Minna de gente Teichmanniana demigravi. A. d. IX. Cal. Maj. a. MDCCCLXVIII. almae matri St. Afrae traditus sum, ubi praeter ceteros magistros Hugo Ilberg et Hermannus Peter saluti meae egregie consuluerunt. Absoluta puerili institutione anno MDCCCLXXIV. Lipsiam me contuli studiis philologis operam navaturus. Hic per septem semestria scholis interfui virorum illustrissimorum: Curti, Ecksteini, Gardthauseni, Heinzi, Kuhni, Langi, Lipsi, Pescheli, Ribbecki, Ritscheli, Voigti, Zarncki. Quattuor per spatia semestria exercitationibus proseminarii philologi, per duo seminarii philologi socius ordinarius interfui. Societatis Lipsi antiquariae per tria semestria fui socius, per duo Ecksteini seminarii. Jam libentissime occasione utor, his omnibus viris doctissimis illustrissimis gratias agendi maximas, imprimis Curtio, Langio, Lipsio, Ribbeckio, qui quanto opere studia mea adjuverint, verbis satis dicere vix possum.